JOANNIS DAUTH: ... PACTIS RENUNCIATIVIS ET...

Johann Dauth, Giovanni Battista Coccini

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
10 L
43

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

27 C 44
13-10-C-9

Digitized by Google

Digitized by Google

JOANNIS DAVTH.

Clariſsimi Germaniæ Iuriſconſulti

DE

PACTIS RE-
NVNCIATIVIS ET
diſpoſitivis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO.EMANUELE

TRACTATVS ABSOLVTISSIMVS
& vtiliſsimus, in quo materia c. quamvis ex. de
pactis in b. & l. fin. C. eod. luculentiſsimè &
ad praxin hodiernam accommodatè
ac diligenter explicatur.

*Acceſsêre notabiles ad d. l. fin. rationes præ-
cellentiſsimi atq; venerabilis cuiusdam Collegij
Iuridici, & ex authoris ipſius recogni-
tione additiones.*

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV



16 11.

ALTENBVRGI.
SVMTIBVS HENNINGI GROSSII
Bibliopol. Lipſenſis.

AMPLISSIMO ET CLARISSIMO VIRO DN. HENNINGO HAMELIO I.V.D. EXCELLENTISSIMO & celeberrimo, Illuſtriſſimi Adminiſtratoris Primatus & Archiepiſcopatus, Magdeburgenſis Senatori primario, &c. Domino & patrono vnice honorando.

NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De juris ſtudio, Vir ampliſsime, Domine & fautor plurimum obſervande, ea oratione, quam prælectionum Lipſenſium rudibus & tumultuariis operis præfixi, nonnulla diſſerui, vt quam, exploſis veterum diſtinctionibus, Felinus, Iaſon, Marianus, Socinus Sen. Ioannes Bolognetus, Benedictus Capra, Ioannes Diacius, Petrus Advennas, Antonius Gabrielius Romanus, Emanuel Soarezius, alijq; eminentiſsimi Iureconſulti, regularum & exceptionum methodum in Scholas importarant, & a te Præceptore ego accepi, quum ad nobiliſsimum ſtudium juris Anno ſalutis 1564. animum primo adducerem, & ut in inclyta Academia Lipſenſi auditorum corona lectiſsima ſtipatus, incunabulorum & deinde vtiliſsimarum aliarum materiarum juris, publicam & privatam interpretationem, ſumma cum laude, & Candidatorum juris vtilitate maxima, cotidie faceres, omnibus & iis cumprimis, qui caſtra forenſia ſectantur commendarem. Sic enim ſemper judicavi, & adhuc judico, hanc diſponendarum materiarum rationem, practicis non commodiſsimam modo, ſed & vtiliſsimam eſſe, ſi ordini diligens veritatis & receptioris ſententiæ indicatio conjungatur. De qua plura verba non faciam: quum res in medio, & omnibus recto judicio præditis comperta ſit.

Et quum ea quæ ad c. Quamvis. de pact. in 6. & l. fin. C. eod. *de optima diſpoſitivi & renunciativi pacti materia, jam olim, methodo eadem, privatæ vtilitatis cauſa, digeſſeram, pluribus graviſſimis quæſtionibus vexatus, ante menſes aliquot recognoviſſem: recte me tandem facturum putavi, ſi pauculis quibuſdã notis, de doctiſſimorũ hominum nuper editis tractationibus illuſtrata, cũ juriumCandidatis communicarẽ.*

Hoc quicquid rei eſt, ſub celeberrimo nomine tuo, lucem aſpicere volui: non q. vulgata hæc, tua ſublimi eruditione digna judicem: quæ non niſi ab omni ſenſu & ratione deſerto in mentem venire potuiſſent: ſed ut publicum memoriæ grati animi in te mei exſtaret perpetuum teſtimonium. Neq; enim vllam aliam publicæ huius compellationis cauſam habui.

Cupiebam quidem luculentius argumentum tractatione elaborata perpolitum, ad te mittere, ut exactiſſimo judicio tuo magis ſatisfacerem: & ad dimidium ferè operis proceſſeram: ſed plura illa obſtacula, quæ privato ſcripto expoſui, & obtrectationis declinandæ cauſa in publicum hoc tempore edenda non putavi, me à propoſito revocarunt.

Quare exiguum munus, cum animo bene merendi promtiſſimo conjunctum, eô favore, quô me ſemper complexus fuiſti, ſuſcipito: & hoc de me perſuaſiſſimum habeto, nihil rerum poſſibilium vsq; adeo difficile futurum, quod tui honoris tuorumq; cauſa non libenter & cupide facturus ſim: ſi vllo officij genere de te bene mereri poſſim. Bene vale vir ampliſſime. Dabantur Magdeburgi.

Tui
Studioſiſſ.
Ioannes Dauth, D. Francur.

INDEX RERVM AC VERBORVM, QVAE IN hoc libro continentur, vbi a. cap. Quamuis. b. l. final. & c. Conſilij notabilia ſecundum numerum marginalem oſtendit.

A.a.

Abraham patriarchæ ſervus jurabat manu fœmori domini ſubiecta & quæ fuerit huius rei ratio. 24. a.

Actus nullus nullam etiam pœnam meretur. 14. c.

Agnati habent ſpem probabilem ſuccedendi virtute inveſtituræ. 105 b.

Agnati non poſſunt de feudo viventis non conſentientis diſponere maximè ſi ſit hæreditarium, ſecus ſi ex pacto & providentia 97. b. & 105. 106. b.

Alimentis poteſt renunciari, 52. & 53. a. vbi vide diſtinction.

De alimentis ex teſtamento dependentibus non poteſt tranſigi niſi cauſa cognita aut interveniente juramento 54. a.

Auth. Sacramenta impuberum (ſi adverſ. vendit. plene diſcutitur, & examinatur ſententia Bulgari & Martini. 26. a.

Auth. Sacramenta multos in infernum & paupertatem præcipites dedit. 64. a.

Auth. Sacramenta agit de juramenti obſervantia non de contractus confirmatione 65. a.

Auth. Sacramenta acerbitati quomodo poſſit occurri. 64. a.

Auth. Sacramenta perſonam habilitat, quando contractus eſt reprobatus favore perſonæ, non ſi jure communi. 70. a.

Auth. Sacramenta non requirit pubertatem in iurante, ſed vt doli ſit capax. 68. & 122. a.

B b.

Beneficium viventis non poteſt alteri concedi. 25. 28. 61. 93. b. declaratur ibid.

Bonorum appellatione feuda non veniunt 147. a. 19 b.

Bonorum futurorum obligatione non veniunt, quæ quis habet ex ſucceßione poſtea ei delata 19. b. declaratur ibid.

Bona per ſtipulationem alteri poſt mortem donari poſſunt. 119. b.

C c.

C. filij nati ſi de feud. def. content. & c. 1. de fil. nat. ex matrim. remißionibus illuſtrantur. 16. & 136 a

C. quamvis de pact. habet locum in filia tàm emancipata quam ſub patria poteſtate conſtituta. 77. a.

C. quamvis procedit ſive renunciatio fiat ante, ſive poſt dotis receptionem 78. a.

C. quamvis procedit etiam in filia renunciante, dum vult religionem profiteri. 79. & 144. a.

Cardinales poſſunt conſentiente Papa de futuro ſucceſſore deliberare, non autem ignorante Papa 67. b.

Caſus iure feudali non deciſus remanet ſub diſpoſitione iuris civilis 64. b. 4. & 21. c. 88. b.

Cæſares fuerunt illi, quos hodie Reges Romanorum appellamus 71. b.

Cautela pro filia invitè renunciante ſucceßioni 118 a.
Cautela pro matrimonium contrahentibus 120. b.
Cautio de futura hæreditate valet 117. b.
Ceßio bonorum continet etiam bona feudalia b. 80.
Chriſtiani olim jurabant in templis tacto ſancti alicuius ſepulchro 24. a.
Clauſula ex tunc prout ex nunc quid operetur. 128. b.
Conſenſus revocari poteſt, etſi juramentum acceſſerit. 121. b.
Conſenſus illius, de cuius hæreditate agitur nihil prodeſt illis, qui non ſunt proximiores agnati 122. b. declaratur ibi.
In conſuetudine alterius civitatis, quam renuncians ignorat, renuncianda, certioratio neceſſaria eſt. 76. a.
Conſuetudo irrationabilis non valet. 8. c.
Conſuetudo, quod pacta de bonis viventis valeant, eſt irrationabilis. 8. c.
Conſuetudo ut pacto detur hæreditas, eſt contra bonos mores. 9. c.
Contractus reprobatus juramento confirmari nequit. 70. a.
In contractu de ſucceßione tertiJ diſponi nequit. 25. b.
Contractus feudalis eſt ſtricti iuris b. 81.
Crimen læſe majeſtatis committit, qui vivente Papa de eius ſucceßione paciſcitur. 67. b.

D d.

Deus non diſtinguit inter verbale & corporale juramentum. 69. a

Delicto adverſus dominum commiſſo revertitur feudum ad illud in vltionem injuriæ ſibi illatæ, ſi non contra dominum ad agnatos non filios pertinet. 10. 22. c.

Dignitates ducales & aliæ, quæ jure ſanguinis ad ſucceſſorem in dignitate pertinent, non poſſunt diſponi b. 16. declar ibid.

Diſpoſitio collata in tempus habile valet, quamvis inhabili tempore fiat 6. b.

Diſpoſitione generali non continetur ius ex nova cauſa ſuperveniens b. 18.

Dolo poteſt renunciari 105 106. 107. b.

Per donationem mortis cauſa de ſucceßione tertij diſponi nequit b. 29.

Donatio mortis cauſa præſentem obligationem ſed poſt mortem executionem demum habet. b. 29.

Donatio eſt ſtricti juris b. 38.

Dos quando ſurrogetur legitimæ 81. a.

Dos minor legitima eſſe poteſt ſtatuto non vero jure communi 81. a.

Dotem tempore aßignationis congruam fuiſſe ſufficit 10. a.

E e.

In Eccleſia ſucceßiones ſunt prohibitæ b. 68.

Epiſcopus ſpem de præterito radicatam diſponere nequit b. 68.

Excluſionis cauſa ceſſante ceſſat ipſa excuſatio. 116. a

Expectatio ſimplex in pactum deduci nequit b. 39.

Extenſio poteſt etiam in pœnalibus fieri ex rationis identitate. b. 87

Exten-

Extenſio quando in feudis facienda b. 88.

F f.

Feudum hæreditarium & mixtum quid b 80.

Feudum ex pacto & providentia recipit pactum diſpoſitivum b 103.

In feudo quis ſuccedit primo acquirenti, etiam ſi feudum per mille manus ambulaverit b 43.

Feudum ex perſona patris veniens filij etiam ob delictum patris amittunt. 11. 21. 22 46. c.

Feudum aliis modis quam per mortem Vaſalli domino aperiri poteſt b. 62.

Feuda commiſſa propter pactum de hæreditate tertij viventis fiſco non vindicantur. b. 129.

Feuda ſubjecta regno, Electoratui, ducatui, capitis naturam habere intelliguntur b. 72.

Feudum amittitur tàm ex cauſis expreſſis quam ſimilibus aut majoribus b. 84. declar. ib.

In feudi amiſſione habet locum jus commune, in applicatione jus feudale. 21. c.

Fidei commiſſarius an de jure ſibi competente cum hærede paciſci poſſit 26. 48 103. b. declar. ibid.

In fideicommiſſis conditionalibus hæres perſonam fideicommiſſarij probare intelligitur. 46. b.

A fideicommiſſo ad feudum bonum argumentum ducitur 48 & 103. b. vbi declar.

Feudorum vſus recipiunt interpretationem paſſivam à iure communi b. 84.

Filius naturalis tempore legitimationis ſucceſſione paternæ renunciare poteſt. 10. & 140. a.

Filius accipiens legitimam renunciare poteſt ſucceſſioni paternæ. 10. & 139. a. vbi declar.

Filius cum juramento renuncians auctis bonis paternis nihil petet 10. & 59. a. fallit. 129. a.

Filij non poſſunt paciſci de futura parentum ſucceßione b. 16. amplia. etiamſi ſit pactum de legitima tantum ibid. & 102. b. Item etiamſi ſint filij magnatum ibid. & 71. b. ita vt de legitima aut jure primogenituræ paciſcentes ſe indignos ſucceßione faciant 73. b.

Filij poſſunt vivo patre cum creditoribus paciſci. 76. 109. b.

Filia quomodo ſucceßioni tam ab inteſtato quam ex teſtamento renunciare poßit. 42. 113. 114 a.

Filiæ renunciatio etiam ſine juramento valet, ſi integram legitimam accepit 43. a.

Filia patri juratam renunciationem facere poteſt, etſi ſtatutum mulieres ſine conſenſu propinquorum contrahere vetet. a. 51.

Filia juratò renuncians auctis opibus patris nihil petere poteſt 58. a. 129 quod procedit etiam in filia minore 60. a. & impubere doli tamen capace. 61. a. declar. 122. a.

Filia renuncians ſucceßioni non videtur renunciaſſe juri ſe dotandi. 81 a.

Filia renuncians iuratò an poßit petere legitimam. 82. 119. 137. a.

Filia excluſa ſtatuto à legitima ejusq; ſupplemento, congrue dotis ſupplementum petere poteſt. 85. 132. â.

Filia renuncians non tantum â fratribus ſed etiam ſororibus excluditur, ſi earum favore renunciatio facta eſt 86. a.

An

An filia propter dotem renuncians excludatur, etſi maſculi extinguantur 87. 88. a. & 116. 117.

Filia de bonis maternis non paternis dotata & renuncians ſucceſſioni paternæ graviſſimè læſa dicitur. 93. a.

Filiæ pauperi renunciatio non obſtat. 137. a.

Filia renuncians bonis maternis non patri ſed venientibus ab inteſtato prodeſt. 153. a.

Fine prohibito prohibita cenſentur omnia ad finem tendentia 80. b.

Formula promiſſionis an Rydes ſtadt/ *quid operetur. 129. b.*

De futuris à morte Imperatoris contingentibus olim capitale erat diſceptare. 69. 71. b.

H h.

Hæreditatis quæſitæ remiſſio non ſubſiſtit niſi renuncians habeat ſcientiam æſtimationis. 41. a.

Hæreditas viventis non poteſt in contractum principaliter, ſed incidenter & acceſſoriè venire. 118. b.

I i.

Imperator legitimans id facere intelligitur ita, ne legitimis liberis fiat præjudicium 10 a.

Inveſtituræ tenor ad literam tenendus eſt. b. 81.

Inveſtitura de caducitate ſucceſſionis valet b. 51. 52. 53. 57. cum ſeq. vbi tractatur an conveniat juri communi.

Iudæus obligatur ex juramento ſecundum legem ſuam interpoſito. 121. a.

Iuramentum & fidei præſtatio à pari procedunt 21. 23. a. limitatur ibi 21. & 24. a.

Iura-

Iuramentorum ritus non ſunt de ſubſtantia juramenti 25. a.

Iuramentum corporale aut alia ſolennia non requiruntur, vbi jus nihil tale deſiderat. 26. a.

Iuramenti effectum lex civilis tollere non poteſt a. 28

Iuramentum ſervandum eſt, etſi nulla obligatio ſit, ſuper qua interpoſitum eſt 20. 28. 29. 73. 109. a. Et licet actum non confirmet. 29. 96. a.

In juramentorum materia ſtandum juri Canonico in vtroq; foro. 31. 69. 95. a.

Iuramentum ſupplet defectum ætatis & contractum invalidum confirmat. 61 71. 95. a. declar. ibid.

Iuramenti forma, qua in puellarum renunciationibus pro removendis diſputationibus vtendum 61. a.

Iuramentum eſt perſonale quoad obligationem perjurij, quoad obſervantiam contractus reale. 66. 94. a.

Iuramentum eſt loco certiorationis vel ſpecialis renunciationis a. 75.

Iuramentum eſt ex ſcientia certa præſtandum, alias erranti ſuccurritur. 75. 164. a.

Iuramentum vi aut metu extortum meretur abſolutionem. 96. 141. a.

Iuramentum auget renunciationem intenſivè non extenſivè 148. 149. a.

Iuramentum intelligitur rebus ſic ſtantibus 78. 116. a.

Ex juramento duo oriuntur vincula perſonale & reale. 94. a.

Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis 103. a. ibi contrarium.

Iuramentum eſt bonæ fidei 107. & facit vt de omnibus in genere cogitatum videatur 150. a.
Iurans tenetur etſi de juris beneficio certioratus non ſit 75. a. dummodo ſit doli capax 122. a. vbi limitatur.
Jus futurum juratò merito non ſimplici repudiatione remittitur 4. a.
Ius gentium â civili vel ſtatutario poteſt limitari 115. a.
Iuri primogenituræ renunciari poteſt. 13.14. a.
Ius primogenituræ apud Iudæos reſpexit certas tantum prærogativas. 14. a. b. 78.
Ius quæſitum & ſpes propinqua habendi tale jus patificantur. 28. b.

L I.

Legatum in dubio in cauſam alimentorum relictum videtur, cum legatarius eſt pauper. 56. a.
Legitima â dote & alimentis differt. 84. a.
Legitimæ quando renunciatum intelligatur. 107. a.
Legitima liberis aſſignata an augeatur bonis parentum auctis, diſtinctione exponitur 11. a.
Legitima ſtatuto minui non autem tolli poteſt. 40. a.
Ad legitimam non pertinet augmentum poſt mortem patris contingens 11. a.
L. fin. C. de pact. deciſio ceſſat in materia legatorum & ſubſtitutionum 10. b.
L. fin. habet locum in milite, Eccleſia, vniverſitate, muliere. 21. 22. b.
L. fin. deciſio poſſet tolli inter germanos 46. 101. b.
L. fin. omnium ſucceſſionum pacta diſpoſitiva continet 66

tinet 66. b. etiam donationes hæreditatum 13.
L. fin. ad omnia ſucceſsionum & bonorum genera accommodari poteſt. 79. b.
Læſio enormiſsima dolo in materia renunciationis comparatur 76. 93. 120. 162. limit. ibi a.
Ratione læſionis enormiſsimæ conceditur abſolutio à juramento 92. a.
Læſioni enormiſsimæ non poteſt renunciari 92. 93. 119 a.
Propter læſionem enormiſsimam datur remed. l. 2. C. de reſcind. vendit. non obſtante juramento 125. a.

M m.

Monachi non poſſunt de conſenſu præſentis Abbatis futurum eligere. 122. b.
Mulier juratò dotem alienare aut marito alienanti conſentire poteſt 118. a. limit. ibid.

P p.

Pactum ſucceſſorium quotuplex. 1. a.
Pactum renunciativum & diſpoſitivum quid 34. a.
Pactum diſpoſitivum vt ſubſiſtat, quinq; requiruntur 9 10. 11. 12. 13 b.
Pactum diſpoſitivum non valet niſi conſentiente eo, de cujus hæreditate agitur. 13. 33. 38. a. 5. 7. 89. 102. 108. 119. 122. b. declar ibi.
Amplia. vt ne juramento firmetur 15 b. plures amplia. vide ibi neq; ad n. 36 b.
Pactum diſpoſitivum de re particulari tertij viventis non valet b 24 78. 104. b & 18. 19. c vbi decla.
Pactum diſpoſitivum non valet, ſive paciſcentes de æqualiter ſive inæqualiter, ſive uti ab inteſtato ſuccedendo inter ſe convenerint. 27. b.

Pa-

Pactum diſpoſitivum ne quidem ſub conditione geminata valet 34. b.
Pactum diſpoſitivum valet ſuſpicione mortis captandæ purgata b. 46.
Pactum diſpoſitivum quando ſit permiſſum. 59. 75. 76. 108. 115. 116. cum n ſeq. b.
Pactum de bonis tertij viventis & ignorantis etiam in feudis reprobatur. 1. & 13 c. 36. b. maximè hæreditariis 97. 105. b. declaratur n. 36. b. cum ſeqq. vbi rationes tam pro affirmativa quam negativa ponuntur & examinantur vſq; ad n. 107. b.
Pacta de futura ſucceſſione tertij viventis ſunt odioſa & contra bonos mores 1. 13. 17. c. Repugnant juri divino propter votum captandæ mortis 7. c. & juri gentium 84. 85 b. declar. n. 18. c.
Pactum de bonis viventis nec inter milites valet 20. c
Pacta de bonis tertij viventis magis reprobantur, vbi certum eſt hæreditatem ad paciſcentes perventuram, quam vbi incertum eſt. 16 c.
Pactum diſpoſitivum agnatorum de ſucceſſione tertij viventis iure feudali non eſt comprehenſum, igitur remanet ſub diſpoſitione juris civilis. b. 64.
Pactum de ſucceſſione tertij omnia pacta ſucceſſoria continet. 35. 66. b.
Pactum de hæreditate tertij non valet ſive vnus ſive plures ſucceſſionem ſperent. b. 30.
Pacta ſucceſſoria de feudis magis ſunt odioſa propter duplex vitium 81. b.
Pactum de ſucceſſione tertij abſentis & mortui, quem paciſcentes vivere putant, non valet 82. b. vt nec de hæreditate eius, cuius vita incerta fuit 20 b. declar. ibid. 82. 116. 126. b.

Pactum de hæreditate tertij alteri donanda non valet 18. b.

Pactum ſucceſſorium poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione actum fuit non ratificatione ſed novo conſenſu validatur. b. 114 declar. ib.

Pacta ſucceſſoria non recipiunt pœnitentiam, eo in conſenſu permanente de cuius hæreditate agitur 122. b.

Pactum ſucceſſorium conſuetudine aut ſtatuto comprobari poteſt 15. a.

Pacta filiorum de futura ſucceſſione, parentum non valent, niſi patre conſentiente. 16. 87. b. 37. 125. a.

Pactum renunciativum non valet 1. 2. 13. a. niſi accedat juramentum 18. a.

Pactum renunciativum non eſt contra bonos. 20. & 78. a.

Pactum renunciativum non aliter ſubſiſtit, niſi pater cui juratum eſt, in voluntate ſua perſeveret 42. a. poteſt enim juramentum remittere 24. 141. a.

Pactum à filio patri factum de hæreditate matris abſentis nihil valet 37. & 125. a.

Pactum negativum, ne Monachi ſuccedant ſtatuto comprobari poteſt 80. a.

Pacta conjugium ut filij ex eis naſcituri non ſuccedant, non valet 136. a & 6. a. ubi declar.

Pactum affirmativum de ſuccedendo non valet 145.

Pactum conſervativum valet 89. b.

Pactum acquiſitivum, qui non poteſt facere de hæreditate ſua, aliis diſponentibus conſentire poteſt. 120. b.

Pacti diviſorij inter æquales de æqualiter ſuccedendo quæ ſit utilitas. 96. b.

Paciſcentes de hæreditate tertij viventis pro inſidiatoribus habentur 7. 16. b. faciunt ſe indignos ſucceſſione. 2. c. 83. 84. 100. b.

Parens aliquid pro præmio emancipationis accipiens validè ſucceſſioni renunciare poteſt. 9. a. Similiter & ſi accipit quantitatem legitimæ correſpondentem 9. a.

Parentes de hæreditate filiorum paciſci nequeunt 17 b. declar. ibid.

Parens an poſſit legare caſtrenſe peculium. 54. b.

Parens filiam non obſtante pacto renunciativo inſtituere poteſt. 42. 124. a.

Patre ab inteſtato mortuo nihilominus filia quæ juratè renunciavit, excluditur. 89. a.

Patris delicta non debent filio nocere in his, quæ jure proprio habet & non ex perſona patris. 11. c.

De præbenda viventis paciſci non licet 28. b. declar. ibid.

Primogeniti ſpem habent probabilem in bonis patris 73. b.

Primogeniti an poſſint diſponere de jure ſuo. 78. 88. 125. b.

Prodigo hodie non ipſo jure bonorum adminiſtratione interdicitur, ſed miniſterium judicis requiritur. 48. a.

Prodigus ante curatoris dationem ſucceſſioni renunciare poteſt. 48. a.

Promiſſio de ſervando cum clauſula an Aydes ſtadt

habet vim juramenti & actum firmat. 22. 23. 24. 31. 32. a.
Promittens an Aydes ſtadt non jurat corporaliter, ſed relativè & implicitè. 23. 24. a.
Promiſſio de caducitate ſucceſſionis feudalis non eſt pactum de futura ſucceſſione 6. c. 44. b. valet 51 b. Eſt odioſa. 64. b. ſtricti juris. b. Obligat. dominum vel ad traditionem poſſeſſionis vacuæ vel ad intereſſe 44. b.
Proprietarius vivente vſufructuario alteri vſumfructum promittere poteſt. b. 96.

R r.

Rationes, quæ pro religione & animæ ſalute faciunt aliis prævalent. 31. a.
Ratio in lege ſcripta omnes caſus per intenſionem ſub ſe complectitur. 87. b. 36.
Relatum ineſt referenti 23. a.
Renunciatio ſucceſſionis filij propter expenſas ſtudiorum injurata non valet a. 5. 49. 13. declar. ibid.
Renunciatio fit in favorem certa perſonæ. 7. a.
Renunciatio eſt intelligenda rebus ſic ſtantibus n. 158. a.
Renunciatio non valet niſi quoad hæreditatem eius, cui renunciatum eſt. 40. vbi vide cautelam, quomodo ejuſmodi renunciationes ſuſtineantur.
Renunciatio filiæ præmorientis liberis ipſius non nocet 44. 90. 94. 126. a.
Renunciationes non extenduntur ad jus de novo ſuperve-

perveniens 44. nec de perſona ad perſonam ibid. & 107. 127. 128. 130. 134. 156. 157. 158. a. Fallit 128. 160. a. 38. b.
Renunciatio præſentiam ejus requirit, cujus favore ſit 45. 91. a.
Renunciatio vi dolo aut metu facta nulla eſt. 46. 126 niſi ſit metus reverentalis. 100. 120. a.
Renuncians debet pubes eſſe. 47. a.
Renunciatio jurata non continet ea, quæ lege & naturа debentur, 57. 84. 98. 145. 146. a.
Renunciatio jurata filiæ tenet, etiamſi de beneficio ſuo certiorata non ſit. 75. a.
Renuncians à notario eſt certiorandus de beneficiis ſibi competentibus. 76. a.
Renunciatio generalis cum juramento habet vim ſpecialis expreſſionis. 82. 107. 154. a.
Renunciatio generalis quid operetur. 157. a.
Renunciatio hæreditatis per ſupervenientiam liberorum non revocatur. 90. a.
Renunciatio ſub prætextu enormiſſimæ læſionis revocatur. 91. 92. a.
Renuncians non computatur in numero liberorum. 99. a.
Renunciatio jurata non indiget inſinuatione. 103. a.
Renunciationes accedente juramento fiunt favorabiles & bonæ fidei. 107. a.
Renunciationes liberorum legitimorum proſunt naturalibus 108. a.
Renunciari poteſt ſucceſſioni tàm ab inteſtato, quàm ex teſtamento. 114. a.

Renunciatio in dubio dolo aut metu facta non præſumitur, 120. a.
Renunciatio de hæreditate patris jam mortui fratri facta valet. 125. a.
Renunciatio juris in re non extenditur ad poſſeſſionem ipſius rei. 139. a.
Renunciatio deliberatio facta quid operetur. 143.
Renunciatio filiæ non præiudicat monaſterio. 144. a.
Renunciatio ſucceſſionis non excludit filiam à feudis fœmineis. 147. a.
Renunciatio non trahitur ad ignota. 149. a.
Renunciatio intelligitur de præſentibus & puris non conditionalibus. 159. a.
Renunciatio eſt in favorem renunciantis interpretanda. 161. a.
Renunciatione generali non continetur fideicommiſſum 161. a.
Renunciatio generalis proximiori agnato facta etiam ſpem in feudum ſuccedendi continet. 49. b.
Repudiatio hæreditatis viventis valet. 110. a.
Revocatio tacita ſufficit, vt pactum diſpoſitivum non valeat. 102. 121. b.

S ſ.

Soror fratri mortuo non obſtante renunciatione ſuccedere poteſt 123. a.
Spes poteſt diſponi 6. 13. b. declarat. 13. 19. 39. 68. 71. 72. cum ſeqq. 81. 91. 105. b.

Spes

Spes de feudo diſponi poteſt. 44. b.
Spes alienæ hæreditatis non poteſt deduci in pactum. 16. b.
Spes ſucceſſionis nullum jus in re vel ad rem tribuit. 18. b.
Spei appellatione probabilis & radicata non vana continetur 16 38. 90. 91.
Spes vana aut radicata quid. 28. 90. 117. b.
Spes quæſita non cadit in ignorantem. 20. b.
De ſpe ſucceſſionis primogenitorum in regno & Electoratu ignorantibus parentibus diſponi non poteſt. 70. 71. 72. b.
Spes pupillaris ſubſtitutionis probabilis eſt. b. 74. non poteſt diſponi eod.
Spes agnatorum eſt probabilis. 89. b
Spes probabilis eſt quæ diſponi poteſt 89. b.
Subſtitutiones non habent votum captandæ mortis. 18. 6. 98. b.
Subſtitutus de ſpe pupillaris ſubſtitutionis non poteſt diſponere 74. b. & 117. b. vbi declar.
Succeſſio in jus defuncti quotuplex 16. 18. b.
Succeſſio, quæ jure ſanguinis per legem aut conſuetudinem defertur Teſtamento non datur. 16. b.
Succeſſio feudalis dependet ex jure coniunctæ manus 81. b.
De ſucceſſione abſentis, quem paciſcentes firmiſſimè mortuum credunt, pacto valent 128. b.
Superſtitis bona repudiari nequeunt. 7. a.

T t.

Teſtamentum pupillare eſt ſequela teſtamenti paterni 117. b.
Teſtandi libertas præcidi non poteſt 120, b.
Tranſactio de alimentis facta ſine cauſa cognitio & decreto judicis non valet. 56. a.

V u.

Vſusfructus viduæ relictus ſtantibus liberis reſolvitur in alimenta. 55. a.

10-

IOHANNIS DAVTH, IVRISCONSVLTI CELEBERRIMI.

Expoſitio *C. Quamuis De pact. in 6.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SVMMARIA.

ZAſius pacti renuntiatiui materiam pulcra & perſpicua diuiſione expoſuit.
Pactum ſucceßorium quotuplex ſit.
Author ſummariam expoſitionem c. Quamuis.de *pactis in 6. quinq; particulis diſtinxit.*
2. *Pactum renunniatiuum iure ciuili regulariter non tenet.*
3. *Rationes dubitandi ad hanc regulam.*
4. *Rationes decidendi plures ad eandem.*
Ius futurum pro modico remittitur.
Ius de futuro competiturum per ſimplicem renuntiationem repudiari non poteſt.
Per pactum maxime iuratum ius futurum remittitur.
5. *Renuntiatio ſucceſſionis iniurata non valet, quam filius propter expenſas ſtudiorũ patri facit.& num.58.*
6. *Pactum a coniugibus factum, ne liberi ſuccedant, quando valeat, aut non valeat. & nu.136.*
7. *Superſtitis bona repudiari non poſſunt.*
Declaratio l.Qui ſuperſtitis.ff.Acquir. hæredit.

8. *Pater aliquid pro præmio emancipationis ſuſci-piens, valide ſucceſſioni renuntiare poteſt.*

Intellectus l. 1. §. ſi parens. ff. Si a pat. quis manumiſſ. fuer. *& num. 9. & num.* 11.

9. *Pater accipiens quantitatem legitimæ correſpondentem valide ſucceſſioni renuntiat.*

10. *Filius naturalis tempore legitimationis ſucceſſioni paternæ renuntiare poteſt. & num.* 140.

11. *Filius recipiens tantum quantum valet ſua legitima, renuntiare poteſt ſucceſſioni paternæ. & num.* 43. 81.

Ad renuntiationē filij requiritur, vt accipiat tantum quantum valet legitima, habito reſpectu ad tempus mortis parentum.

Quæſtio, num auctis bonis parentum, legitima quoq; filio filiaue aſſignata augeatur, diſtinctione expoſita.

Dotem tempore aſſignationis congruam fuiſſe ſufficit.

Filius cum iuramento renuntians, auctis patris facultatibus nihil petit.

Propter interpretum diſputationes vtile eſt, vt ſupplemento legitimæ in ſpecie renuntietur.

Auctis bonis parentum legitima filio aſſignata non augetur, ſecundum Iacob. Butrig. ſed affirmatiua receptior eſt.

In legitimæ computatione attenditur tempus mortis patris.

L. ſi quando. §. illud. C. inoff. teſtam. expenſa.

12. *Pactum poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione agitur, valet.*

13. *Iuri primogenituræ quomodo renuntiari poſſit.*

Quæ

Digitized by Google

Quæ ex priuilegio competunt facilius tolluntur.

Pactum inter fratres & ſorores de ſucceſſione parentum quando valeat. & num. 35. 37. 38.

Eſauus iuri primogenituræ renuntiauit.

Filia a fratre dotata, an cum eo paciſci poſſit, quod patri ſuccedere nolit.

14. *De iuris primogenituræ vniuerſalis hereditarij renuntiatione idem iudicandum quod de renuntiatione ſucceſſionis.*

15. *Pactum renuntiatiuum ſucceſſionis conſuetudine & ſtatuto probari poteſt. & num. 80. 136.*

16. c. filij nati. ſi de feud. defunct. content. & c. 1. de fil. nat. ex matrim. ad morganat. contr. *remiſſionibus illuſtrantur. & num. 136.*

17. *Renuntians non tantum pacto ſed & præſcriptione a ſucceſſione excludi poteſt.*

18. *Pactum renuntiatiuum ſubſiſtit, vbi accedit iuramentum.*

Placentinus antequam publicaretur textus noſter ſenſit renuntiationẽ ſucceſſionis, accedente iuramento, conſiſtere.

19. *Rationes dubitandi ad textum noſtrum.*

20. *Ratio decidendi ad textum noſtrum eſt religio iuriſiurandi.*

Pactum renuntiatiuum non eſt contra bonos mores. & num. 78.

Iuramentum an firmet pactum renuntiatiuum, an vero ſolum iuramentum ſit obſeruandum, & quis ſit vſus huius inueſtigationis. & num. 66.

Quot modis aliquid dicatur contra bonos.

Ratio decidendi ad textum hunc varie oppugnata.

21. *Iuramentum & fidei præſtatio a pari procedunt.*

Fidei præſtatio non ſufficit, vbi iuramentum pro ſoliditate actus requiritur. & num. 31.

Deciſioni text. enim aliter locus non eſt, niſi iuramentum præſtitum ſit. & num. 141.

22. *Formula promiſſionis de ſeruando conuenta loco iuramenti,* an Eides ſtatt/ *non firmat pactum renuntiatiuum.*

Sed contrarium aſſeritur, num 23.

Formula promiſſionis loco iuramenti facta ſenſum tranſitiuum & intranſitiuum habere poteſt, & num. 24.

Relatum ineſt referenti.

Promiſſio loco iuramenti facta eſt iuramentum, etſi ſolemne iuramentum non ſit.

Leges ciuiles diſcrimen inter iuramentum corporale & non corporale faciunt.

Ritus iuramentorum a prima rerum origine varij.

Abraham patriarchæ ſeruus iurauit, manu fœmori domini ſubiecta: & quæ fuerit huius rei ratio.

Chriſtiani olim in templis iurabant, tacto ſancti alicuius ſepulcro.

Romanorum ritus circa iuramenta a quibus expoſiti.

Ritus iuramentorũ adeſſe & abeſſe poſſunt, ſalua iuramenti ſubſtantia.

25. *Textus noſter neq; tacturam, neq; alia ſolennia circa præſtationem iuramenti exigit.*

26. *Iuramentum corporale non requirendum a nobis, vbi ius nihil tale requirit.*

27. *Textus noſtri deciſioni in vtroq; foro ſtandum. num. 69. & 95.*

28. *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, vbi neq; vi, neq; dolo præſtitũ eſt, & ſine æternæ ſalutis diſpendio ſeruari poteſt.*

Iuramentum ſeruandum, etſi nulla ſit obligatio ſuper qua interponitur.

Lex ciuilis, iuramenti effectum non poteſt tollere, declara, vt num. 73. & 151.

29. *Iuramentum obſeruandum etſi actum non confirmet.*

30. *Promiſſio loco iuramenti etſi non de iure, de facto ſaltem pactum renuntiatiuum firmat.*

31. *In conflictu rationum ea ſententia præualet, quæ pro religione, animæ ſalute, & iuramenti obſeruantia facit.*

In materia iuramentorum ſtandum iuri canonico in vtroq; foro. & num. 27. 31. 69. 95.

32. *Sententia tutior & verior, quod promiſſio loco iuramenti, & omnes aliæ fidei præſtationes, in quibus DEVS in confirmationẽ veritatis implicite vel explicite interponitur, iuramenta ſint, & iuramentorum effectus habeant.*

33. *Si pacto fratris & ſororis patris conſenſus acceſſerit, id ſine omni iuramento valebit. & num. 35.*

34. *Pactum renuntiatiuum patri faciendum.*

36. *Pactum diſpoſitiuum eſt, quod filia dotata patris aſſenſu fratri facit, de reſtituendo, quod ex ſucceſſione paterna ad eam peruenerit. num. 42. & num. 125.*

37. *Pactum inter fratrem & ſororem patre ignarante factum, nil valet. & num. 125.*

Pactum a filia patri factum de hæreditate matris abſentis nihil valet.

21. *Iuramentum & fidei præſtatio a pari procedunt.*

Fidei præſtatio non ſufficit, vbi iuramentum pro ſoliditate actus requiritur. & num.31.

Deciſioni text. enim aliter locus non eſt, niſi iuramentum præſtitum ſit. & num. 141.

22. *Formula promiſſionis de ſeruando conuenta loco iuramenti,* an Eides ſtatt/ *non firmat pactum renuntiatiuum.*

Sed contrarium aſſeritur, num 23.

Formula promiſſionis loco iuramenti facta ſenſum tranſitiuum & intranſitiuum habere poteſt, & num. 24.

Relatum ineſt referenti.

Promiſſio loco iuramenti facta eſt iuramentum, etſi ſolemne iuramentum non ſit.

Leges ciuiles diſcrimen inter iuramentum corporale & non corporale faciunt.

Ritus iuramentorum a prima rerum origine varij.

Abraham patriarchæ ſeruus iurauit, manu fæmori domini ſubiecta: & quæ fuerit huius rei ratio.

Chriſtiani olim in templis iurabant, tacto ſancti alicuius ſepulcro.

Romanorum ritus circa iuramenta a quibus expoſiti.

Ritus iuramentorũ adeſſe & abeſſe poſſunt, ſalua iuramenti ſubſtantia.

25. *Textus noſter neq; tacturam, neq; alia ſolennia circa præſtationem iuramenti exigit.*

26. *Iuramentum corporale non requirendum a nobis, vbi ius nihil tale requirit.*

27. *Textus noſtri deciſioni in vtroq; foro ſtandum. num. 69. & 95.*

28. *Iuramentum ſemper eſt ſeruandum, vbi neq; vi, neq; dolo præſtitũ eſt, & ſine æternæ ſalutis diſpendio ſeruari poteſt.*

Iuramentum ſeruandum, etſi nulla ſit obligatio ſuper qua interponitur.

Lex ciuilis, iuramenti effectum non poteſt tollere, declara, vt num. 73. & 151.

29. *Iuramentum obſeruandum etſi actum non confirmet.*

30. *Promiſſio loco iuramenti etſi non de iure, de facto ſaltem pactum renuntiatiuum firmat.*

31. *In conflictu rationum ea ſententia præualet, quæ pro religione, animæ ſalute, & iuramenti obſeruantia facit.*

In materia iuramentorum ſtandum iuri canonico in vtroq; foro. & num. 27. 31. 69. 95.

32. *Sententia tutior & verior, quod promiſſio loco iuramenti, & omnes aliæ fidei præſtationes, in quibus DEVS in confirmatione veritatis implicite vel explicite interponitur, iuramenta ſint, & iuramentorum effectus habeant.*

33. *Si pacto fratris & ſororis patris conſenſus acceſſerit, id ſine omni iuramento valebit. & num.* 35.

34. *Pactum renuntiatiuum patri faciendum.*

36. *Pactum diſpoſitiuum eſt, quod filia dotata patris aſſenſu fratri facit, de reſtituendo, quod ex ſucceſſione paterna ad eam peruenerit. num.* 42. *& num.* 125.

37. *Pactum inter fratrem & ſororem, patre ignorante factum, nil valet. & num.* 125.

Pactum a filia patri factum de hæreditate matris abſentis nihil valet.

38. *Pactum diſpoſitiuum non valet, niſi is conſenſum adhibeat, de cuius hereditate agit.*

39. *Num textus noſter iuris ciuilis correctorius ſit, an non.*

40. *Renuntiatio facta in manibus patris vel fratris de ſucceſſione paterna, materna, fraterna, auita, non valet, niſi quo ad hereditatem eius cui renuntiatum eſt. & num. 135.*

An ſtatuto, aut conſuetudine induci poſſit, vt tales renuntiationes indiſtincte valeant.

Aliquot cautelæ quibus eiuſmodi renuntiationes ſuſtinentur.

41. *Textus noſter loquitur in renuntiatione hæreditatis quærendæ.*

Hæreditatis quæſitæ remiſſio donatio eſt.

Quæ neceſſaria ſint ad hoc, vt remiſſio hæreditatis quæſitæ viribus ſubſiſtat. & num. 91. 103.

Senſus l. fin. C. bon. quæ liber.

42. *Pactum renuntiatiuum non aliter conſiſtit, niſi pater, cui iuratum eſt, in voluntate ſua perſeueret. & num. 113. 124.*

Filia ſuccedit contra & ſecundum voluntatem patris: & ſucceſſioni quidem contra voluntatem patris renuntiare poteſt, vt illi (vt Dd. viſum.) quæ eſt ſecundum patris voluntatem. & nu. 113.

Pater iuramentum a filia ſibi aut fratribus factũ, multis modis remittere poteſt. & 141.

Pater filiam non obſtante pacto renuntiatiuo inſtituere poteſt. & num. 113. 137.

43. *Si filia integram legitimam receperit, renuntiatione iurata opus non eſt. num. 11 & num. 81.*

Renuntiatio filijs filiæ præmorientis non nocet. nu. 90. & num. 126.

Renun-

Digitized by Google

Renuntiationes non extenduntur. & *nu.* 107. 148. 156. *cum ſeqq.*

45. *An præſentia eius requiratur, cuius fauore ſit renuntiatio.*

46. *Renuntiatio tum viribus ſubſiſtit, quando neq; vi, dolo, aut metu facta eſt.* & *num.* 120.

47. *Neceſſario ne ad renuntiationem exigatur, vt perſona renuntians pubes ſit:* & *num.* 61. 122. 141.

Vaſquij plures extenſiones ad textum noſtrum recitantur & illuſtrantur, vſq; ad num. 96.

48. *Prodigus viuo patre, antequam curatorem a iudice acceperit, iuratam ſucceſſionis paternæ renuntiationem facere poteſt.*

Hodie ipſo iure prodigis adminiſtratione bonorum interdictum non eſt, ſed miniſterium iudicis exigitur.

L. Is cui. ff. verb. obligat. *expenſa.*

Zaſij error circa d. l. is cui.

49. *Renuntiatio iurata filij ob expenſas ſtudiorum facta, tenet: non obſtante fauore ſtudiorum.* & *num.* 131.

Zaſij error circa renuntiationem iuratam ob expenſas ſtudiorum.

50. *Quædam fieri poſſunt, etſi faciens per hoc in periurium incidat.*

Vbi alteri ius eſt quæſitum, non licet iuranti contra iuramentum venire.

Is qui fecit renuntiationem iuratam, ſuccedere non poteſt, ſed iuramento ſtare cogitur.

51. *Filia patri renuntiationem iuratam facere poteſt, etſi ſtatutum mulieres ſine conſenſu propinquorum contrahere vetet.*

Digitized by Google

Lex confidit de patre, quod bonum conſilium pro liberis capiat.

Ceſſat confidentia legis de patre, quando aliquid in filiorum filiarumue præiudicium machinatur.

Materia ſtatutorum circa iuramenta minorum & fœminarum vbi tractetur. & num.137.140.

52. *Iuri alimentorum in ſpecie renuntiari poteſt, amplia vt num.98.*

Sub renuntiatione ſucceſſionis non venit renuntiatio alimentorum. & num.84.

Vaſquij lapſus circa ampliationem quintam.

53. *Diſtinctio Baldi circa materiam renuntiationis alimentorum.*

Alimentis præteritis poteſt renuntiari.

Alimenta futura aut ex hominis, aut legis ſiue naturæ ordinatione proueniunt.

Alimentis ex mero contractu debitis poteſt renuntiari.

Alimentis ex vltima voluntate debitis poteſt renuntiari cum iuramento ſecundum communẽ.

54. *De alimentis ex teſtamento dependentibus, non poteſt tranſigi, niſi tranſactio alimentario vtilis ſit, aut iuramentum accedat.*

55. *Vſufructus viduæ relictus, ſtantibus liberis in alimenta reſoluitur.*

56. *Intellectus Tiraquelli ad* l. cum hi. §.ſi in annos. ff. de tranſact. *reiectus.*

Varij intellectus Dd. ad §. ſi in annos.

Communis ſententia & diſtinctio Dd. ad d. §. ſi in annos, *relata.*

Quando conſtat, relictum non eſſe in cauſſam alimentorum, cauſæ cognitione opus non eſt.

Quando

Quando conſtat in cauſam alimentorum relictum eſſe, tranſactio, auctore prætore fieri debet, ſiue alimentarius nobilioris ſiue vilioris vitæ ſit.

Etiam nobiliores natalibus facultatibus labi poſſunt.

Auguſtus Cæſar filias ſuas lanificium docere iuſſit, vt ſe alere poſſent, ſi ad paupertatem redigerentur.

Caſtrenſis error circa d. §.ſi in annos.

Quando dubitatur, vtrum legatum in cauſſam alimentorũ relictum ſit an non, inter legatarium nobiliores & tenuioris vitæ diſtinguendum.

57. *Renuntiatio generalis iurata alimenta ex legis aut naturæ ordinatione prouenientia, non comprehendit. & num.* 84. 137.

58. *Filia cum iuramento renuntians a ſucceſſione paterna excluditur, etſi opes patris poſt renuntiationem augeantur. & num.* 129.

59. *Non tantum filia, ſed & filius renuntiatione iurata a patris ſucceſſione excluditur.*

60. *Etiam filia minor iurata renuntiatione a ſucceſſione parentum excluditur. & num.* 122.

61. *Imo & impubes filia, doli tamen capax cum iuramento valide ſucceſſioni parentum renuntiat.*

Num iuramentum & impuberem puberem repræſentare, atq; pacto renuntiatiuo ſimul robur atq; vires adijcere poſſit.

Forma iuramenti, qua in puellarum renuntiationibus pro remouendis diſputationibus, vtendũ.

Vaſquij noua diſtinctio de impubere ſucceſſioni renuntiante.

62. *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ.*

Digitized by Google

vendit. ſummariter quidem, ſed plene diſcuſſa, vſq; ad num. 75.

Cognitio Auth. ſacramenta puberũ. C. ſi aduerſ. vend. *multum lucis textui noſtro confert.*

Auth. Sacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. *remiſſionibus auctoris illuſtrata.*

63. *Unde vera ſententia d.* Auth. ſacramenta puberum. *petenda.*

Hiſtoria iuris de iuramento vbi tradita.

Fridericus I. Imperator qua occaſione d. Auth. ſacramenta puberum. *publicarit.*

Si minor res immobiles abſq; iudicis & curatoris interuentu diſtrahat, alienatio nulla eſt; minore volente.

Rebus minorum immobilibus iudicis & curatoris interuentu diſtractis, alienatio quidem valida eſt: ſed minor læſus reſtituitur.

Bulgarus intellexit l. 1. C. ſi aduerſ. vendit. *in iuramento adhibito ſuper contractu valido: Martinus vero in iuramento ſuper cõtractu inualido.*

Fridericus Imperator intellectum Martini publicata Auth. ſacramenta puberum. *probauit.*

Martini ſententia ſecundum Dd. per totum mundum probata & recepta, & num. ſeq.

64. *Bulgarus voluit minori iuranti tantum minoris ætatis, non iuris cõmunis beneficiũ ademtũ.*

Fundamenta Bulgari vnde petenda.

Bulgari ſectatores narrationẽ de Bulgaro & Martino, atq; Friderico Cæſare fabuloſam eſſe dicũt.

Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. *multos in infernum & in paupertatem præcipites dedit, iuxta Cynum.*

Canonica

Canonica iura acerbitati d. Auth. ſacramenta puberum, *duos caſus, pacti ſcilicet renuntiatiui & alienationis rerum dotalium addidere.*

Cynus intellectum Martini tanquam iniquum exclamando reiicit.

Henricus ſextus Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. *ſuſtuliſſet, niſi morte fuiſſet praeuentus.*

Quo pacto acerbitati d. Auth. ſacramenta puberum, *occurri poſſit.*

65. *Tertius intellectus ad d.* Auth. ſacramenta puberum, *quod Fridericus Caeſar nihil de contractus confirmatione, ſed de iuramenti tantum obſeruantia diſpoſuerit.*

Aliud eſt obſeruantia iuramenti, aliud contractus confirmatio.

Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. *cũ quatuor textibus iuris Canonici, puta,* c. cũ contingat. De iureiur. c. licet. eod. tit. in 6. c. ſignificãte. de pignorib. & textus noſter hic *diſponunt iuramentum eſſe ſeruandũ, de contractus validitate vel inualiditate nihil dicunt.*

66. *Quadruplex vtilitas inueſtigationis, vtrum iuramentum tantum ſit ſeruandum, an vero firmet actum.*

Iuramentum eſt perſonale: ergo minoris haeredes non ligat.

Minor qui promiſſioni iuratae ſatisfacit, actum impugnare non prohibetur.

Minor rem ſine decreto alienatam vendicare poteſt, non obſtante iuramento, ſi illa ad extraneum peruenerit, non habentem cauſam ab emtore.

Digitized by Google

Ante implementum minor ceteris paribus, relaxatione iuramenti obtinere poteſt, ſi contractus non firmetur.

Qui fuerint auctores huius tertij intellectus.

67. *Auth.* ſacramenta puberum. *textum* l. 1. C. eod. tit. *confirmat, ampliat, reſtringit.*

Vtrum metu vel vi geſta ex d. Auth. ſacramenta puberum. *ipſo iure hodie nulla: & proinde tit: ff. & C.* De eo quod met. cauſ. *hodie correcti ſint.*

68. *Requiſita* Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. *quæ ſint, & num. ſeqq.*

Auth. ſacramenta puberum. *requirit pubertatem in iurante: ſed contraria, quod ſufficiat iurantem doli capacem eſſe, verior, & tenenda eſt.*

69. *Auth.* ſacramenta puberum. *exigit, vt pubes iuret.*

Auth. ſacramenta puberum, *requirit corporale iuramentum: Contraria tamen, quod etiam non corporale iuramentum ſufficiat, tutior & melior eſt.*

70. *Auth.* ſacramenta puberum, *obtinet in contractu ratione minoris ætatis inualido, nõ in ijs, qui iure cõmuni in perſonis maiorũ reprobant.*

Cautela pro remouendis diſputationibus, vt renũtians iuret, quod nolit contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia ratione, & num. 73.

71. *Iuramentum minorum repræſentat maiorem, & iudicis curatoriſq; auctoritatem ſupplet.*

72. *Ampliationes ad* Auth. ſacramenta puberum, *vbi requirendæ.*

73. *Iuramenta in materia textus noſtri inuiolabiliter obſeruanda.*

Abſolu-

Digitized by Google

Abſolutione, ſtatutis, iuramento præcedente atq; teſtamento paterno, acerbitati Auth. ſacramenta puberum, *occurri poteſt.*

Etſi iurans teneatur, vtcunq; de beneficio iuris certioratus non ſit: tamen vtile & bonum eſt certiorationes fieri, & num. 75.

Cautela ampliſſima pro remouendis omnibus diſputationibus circa Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.

Limitationes ad Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend. *remiſſiue.*

Minores comparantur maioribus, quo ad obſeruantiam contractus, non quo ad pœnæ æqualitatem.

75. *Renuntiatio iurata filiæ tenet, etſi de iuris ciuilis beneficio certiorata non ſit.*

76. *In renuntianda conſuetudine alterius ciuitatis, quam filia ignorat, certioratio eſt neceſſaria.*

Enormiſſima læſio dolo ex propoſito in hac materia renuntiationis comparatur. & num. 91. 92.

Æquiparatio doli ex propoſito & læſionis enormiſſimæ ceſſat, ſi filia renuntians de iuribus ſibi competentibus, & quã pinguis hæreditas ſit, fuerit certiorata.

77. c. Quamuis, *procedit in filia tam emancipata quam ſub patria poteſtate conſtituta.*

78. c. Quamuis. *procedit ſiue renuntiatio ſucceſſionis fiat ante receptam dotem, vel poſtea, vel in receptione: item, ſiue fiat dum filio nuptui traditur, vel ante, aut poſt.*

Verba illa textus (dum nuptui tradebatur) expenſa.

Digitized by Google

79. c. Quamuis, *procedit etiam in filia renuntiante, dū vult religionem profiteri.* & *nu.* 144.

80. *Pactum negatiuum ſtatuto comprobari poteſt, puta, ne Monachi ſuccedant.*

Pactum renuntiatiuum iuratū tenet, etſi de opulentiſſima hereditate agatur.

81. c. Quamuis. *obtinet, etſi filia renuntians dotis nomine nihil acceperit.* & *num.* 119. 140.

Contrariam ſententiam qui profeſſi ſint, & quod ſit huius opinionis fundamentum.

Dos praſeruata a ſtatuto non ſurrogatur legitimæ & minor legitima eſſe poteſt.

Num iure communi dos minor legitima eſſe poſſit.

82. *Filia iurato renuntians ne quidem legitimam petere poteſt.* & *num.* 119.

Num renuntiatio iurata habeat vim ſpecialis expreſſionis. & *num.* 107.

De vi & efficacia iuramentorum qui ſcripſerint.

Legitima eſt portio ſucceſſionis legitimæ.

83. *Omnes conſentiunt iurata renuntiatione legitimā cōprehendi, ſi de ea ſpecifice mētio facta ſit.*

In dubio legitimæ non intelligitur renuntiatum.

Renuntiatione iurata generali non continetur legitima: & *num.* 137. 139. *ſed contraria verior, receptior & tenenda.*

84. *Filia excluſa a legitima, non intelligitur excluſa a dote, aut alimentorū petitione.* & *nu.* 146.

Quot modis legitima a dote & alimentis differat.

Legitima non competit filiæ, niſi patre mortuo: aliud in dote & alimentis.

Legitima eſt portio patrimonij, quod tempore mortis adeſt: quū dotis cōgruæ modus aliūde ſpectetur.

Legitimæ

Legitimæ onus non poteſt imponi, ſed bene doti a ſtatuto præſeruatæ.

85. *Filia excluſa ſtatuto a legitima eiuſq; ſupplemento, congruæ dotis ſupplementum petere poteſt.*

86. *Filia renuntians non tantum a fratribus, ſed etiam a ſororibus excluditur, ſi earum fauore renuntiatio facta ſit.*

87. *Filia renuntians propter dotem excluſa manet, etſi maſculi exſtinguantur.*

88. *Sed contraria ſententia aſſeritur.*

89. *Deciſioni textus noſtri locus eſt, etiam patre filiæ renuntiantis ab inteſtato decedente.*

90. *Pacto renuntiantis filiæ etiam deſcendentes eius a ſucceſſione excluduntur, ſecundum diſtinctionem, de qua num. 44.*

91. *Filia etiam enormiſſime læſa, a ſucceſſione per iuratam renuntiationem excluditur. & nu.* 119.

Sed contraria aſſeritur, num. 92.

Quotuplex ſit læſio.

Num ea quæ de enormiſſima læſione circa textum noſtrum diſputantur in hereditate quæſita aut quærenda procedant.

Hereditatis quæſitæ remiſſio eſt donatio, & quæ ad eiuſmodi donationem requirantur.

93. *Filia quæ non de paternis, ſed maternis bonis dotata eſt, & ſucceſſioni paternæ renuntiat, grauiſſime læſa dicitur.*

Dos de ſolius patris bonis promiſſa & conſtituta intelligitur.

Filia grauiſſime læſa dicitur, ſi dotem acceperit de bonis paternis, & bonis maternis ſibi delatis renuntiet.

Stante enormiſſima læſione, præſumitur contractus dolo aut metu factus, neq; iuramento firmatur.

Enormiſſimæ læſioni ſpecialiter cum iuramento renuntiari poteſt.

Allegantí læſionem incumbit probatio.

Læſio nihil curatur, vbi renuntians reſiduum valide donat.

Læſio enormiſſima quo pacto per ſcientiam renuntiantis excludatur.

Læſio enormis non curatur, ſi mulier fratribus pupillis renuntiet.

94. *Non ſolum iuramentum, ſed & pactum renuntiatiuum tenet.*

Ex iuramento duo vincula oriuntur: vnum perſonale, alterum reale.

Iuramentum quatenus perſonale. aut reale ſit.

Promiſſio iurata a filijs patri facta, quod vna morari velint, num obliget nepotes.

95. *Pactum renuntiatiuum iure ciuili non valet, vti neq; iuramentum, quod illi accedit.*

Iuramentum iure ciuili ætatem ſupplet, alia actus vel contractus obſtacula non remouet.

Pactum renuntiatiuum iure Canonico valet.

In materia iuramenti iuri canonico ſtandum.

Quo anno Decretalis noſtra à Bonifacio octauo edita ſit.

96. *Qui pactum renuntiatiuum iuratum fecit, regulariter neq; diſpenſationem, neq; reſtitutionẽ petere poteſt.*

Particula omnino expenſa.

Materia relaxationis & diſpenſationis iuramentorum vbi requirenda.

97. Filia

Digitized by Google

97. *Filia ſimpliciter renuntians excluditur ex capite vnde liberi, & vnde legitimi.*

98. *Filia renuntians petere non poteſt prouiſionem pro alimentis.*

99. *Filia renuntians non computatur in numero liberorum.*

Filia renuntiante præterita, teſtamentum paternũ non eſt nullum.

100. *Ex præſentia patris metus reuerentialis non præſumitur.*

101. *Promiſſio iurata de renuntiando æquiparatur pacto renuntiatiuo.*

102. *Pactum renuntiatiuum patris ratificatione aut Notarij interuentu firmatur.*

103. *Pactum renuntiatiuum ſummam 500. aureorum excedens, ſine inſinuatione valet.*

Inſinuationi donationis in ſpecie cum iuramento renuntiari poteſt.

Iuramentum an ſuppleat defectum inſinuationis.

104. *Renuntiationis generalis maximus eſt effectus, vbi ſpecialis expreſſio acceſſit.*

105. *Renuntiari poteſt dolo præterito & præſenti.*

Renuntiationis geminatæ magna vis.

106. *Renuntiationis, quæ in diuiſionis aut tranſactionis contractum incidit, maximus effectus.*

Tranſactio ſuper re clara non fit.

107. *Renuntiatio iurata propter iuramenti religionem fauorabilis eſt atq; extendenda.*

L. Titius ad finem. ff. Ad SC. Trebell. *expenſa.*

Iuramentum quatenus renuntiationem extenſiue aut intenſiue augeat.

Renuntiatio iurata reſpectu conſenſus aut exten-

ditur aut reſtringitur. & num. 149.

Iuramentum eſt bonæ fidei, & principaliter DEO *præſtatur.*

108. *Renuntiatio naturalium & legitimorum liberorum naturalibus prodeſt.*

Paria ſunt filios non exſtare, vel non poſſe ſuccedere.

Parentes, liberis legitimis & naturalibus non exſtantibus, omnem ſubſtantiam ſuam naturalibus relinquere poſſunt.

109. *Iuramentum facit, vt contractus & renuntiationes minorum etiam de immobilibus bonis ſine decreto valeant.*

110. *Repudiatio iurata hereditatis viuentis valet.*

111. *Renuntians ſucceſſioni pro decem, intelligitur renuntiaſſe ſub modo, non ſub conditione.*

112. *Limitationes ad textum noſtrum vbi requirendæ.*

113. *Tres Socini iuris cognitione celebres fuere.*

Liber fallentiarum, qui vulgo Bartholomæo Socino inſcribitur, illius auctoris non eſt.

Fallit textus noſter in pacto de omnino non ſuccedendo.

Filia non modo iuxta patris voluntatem teſtamentariam, ſed & contra eius voluntatem tam diſpoſitiuam quam permiſſiuam ſuccedere poteſt.

Filia patri duobus modis renuntiare poteſt.

Renuntiatio filiæ ſimplex quo pacto intelligatur.

114. *Filia quatenus ſucceſſioni ex teſtamento renuntiare poſſit.*

Renuntiatio ſucceſſionis ex teſtamento num tollat arbitrij voluntatem.

115. *Statutum excludens filiam a ſucceſſione ex teſtamen-*

Digitized by Google

teſtamento & ab inteſtato valet.

116. *Renuntiatio filiæ non obeſt, ſi maſculi, quorum fauore iuratum eſt, viuo patre, moriantur. & num. 133.*

Ceſſante cauſſa excluſionis, ceſſat excluſio.

Iuramentum ſtatum præſentem, non ius ſuperueniens reſpicit.

Iuramentum intelligitur, rebus ita ſeſe habentibus. & num. 158.

Statuto excludente filiam dotatam, ſtantibus maſculis, filia patri ſuccedit fratribus præmortuis, etſi omni iuri competenti atq; competituro renuntiarit.

117. *Filia renuntians patri ſuccedit, fratribus, quorum fauore renuntiauit exheredatis.*

Paria ſunt filios non exſtare, & exſtare, ſed ſuccedere non poſſe.

L. filius familias. §. cum quis. ff legat. 1. *expenſa.*

118. *Filiæ renuntiatio iurata non obſtat, quo minus patri ſuccedat: ſi illa iam antea contrarium iuramentum ediderit.*

Mulier ne quidem iurato dotis alienationi conſentire poteſt, ſi iam antea contrarium iurarit.

120. *Filiæ renuntiatio dolo aut metu facta non nocet. & num. 126.*

Quo pacto dolus & metus maxime reuerentialis probetur remiſſiue.

In dubio renuntiatio dolo aut metu facta non præſumitur.

Stante enormiſſima læſione, præſumitur metus aut dolus.

Generales renuntiationes metus, doli, læſionis

Digitized by Google

parti non patrocinantur, ſi actus principalis aliquo horum vitiorum laboret. & num. 162.

121. *Textus noſter ceſſat in iudæo cum filia paciſcente.*

Contraria tamen ſententia aſſeritur.

123. *In bonis, quæ deſiere paterna, filia, non obſtante renuntiatione, ſola & cum alijs ſuccedit.*

Hereditas patris, a filio quæſita, hereditas patris eſſe deſinit.

127. *Renuntiatio iuris, quod quis habet, vel habere ſperat, non pertinet ad ius, quod quis ſperat ex noua cauſa.*

Renuntians iuri, quod quis habet, & habere ſperat, non intelligitur renuntiaſſe hereditati poſtea obuenienti.

Agnati & cognati ratione ſucceſſionis legitimæ & ex teſtamento ſpem nullam probabilem iuxta Dd. habere intelliguntur.

128. *Renuntiatio non præiudicat petenti ius renuntiatum ex alia cauſſa.*

Iurans ſe bona emphyteutica de cetero non petiturum, ad petitionem licite aſpirat, ſi a ſuperiori emphyteuſis renouetur.

Iuri competenti & competituro in ſpecie valide renuntiari poteſt.

Clauſula renuntiationum iuris futuri.

Verba renuntiationum multum generalia & urgentia etiam ad ius futurum pertinent.

129. *Renuntiatio de eo, quod renuntianti debetur, non pertinet ad res, quæ vendicari poſſunt.*

130. *Generalis renuntiatio non pertinet ad ſpecies de nouo repertas, dolo aduerſæ partis occultatas.*

L. tres

Digitized by Google

L.tres fratres.ff.de pact.*bona diuiſione ab Accurſio expoſita.*

131. *Locus Baldi* in l. pactum.q.14.num.13.C. collat.*expenſus.*

132. *Materia ſtatuti filias dotatas excludentis a doctrina* c.Quamuis.*diſtinguenda.*

Statuta filiarum excluſiua quatenus ſubſiſtant.

136. *Num coniugum pactio valeat, vt liberi ex eis nati non ſuccedant.*

138 *Filiæ renuntiatio, ad fratrum poſtea natorum & extranearum perſonarum cum fratribus inſtitutarum portiones non pertinet.*

139. *Qui cogitur renuntiare iuri, quod habet in re, non intelligitur renuntiare poſſeſſioni rei.*

142. *Ceſſat textus noſter, ſi pater moriatur, nullis relictis deſcendentibus.*

143. *Ceſſat textus noſter, quando in inſtrumento renuntiationis clauſulæ (ex certa ſcientia, & nullo iuris vel facti errore ducta, ſed animo deliberato) omiſſæ ſunt.*

Sed hæc ſententia falſa eſt.

De clauſulis renuntiationum:

144. *Ceſſat textus noſter, quando renuntians in ſeculo manſit: ſed poſt mortem patris religionem ingreditur.*

Sed contraria ſententia vera eſt.

145. *Filia renuntians petere poteſt, quod ſibi obuenit in pœnam matris tranſeuntis ad ſecundas nuptias.*

Excluſa iure ſanguinis atq; ſucceſſionis, ratione legalis reſeruationis admittitur.

Filia excluſa vt hæres a portione hæreditaria, non

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

non proinde excluſa eſt vt filia a debito legis.

Pactum affirmatiuum de ſuccedendo iuramento non firmatur.

147. *Filia renuntians ſucceſſioni non excluditur a ſucceſſione feudi, aut emphyteuſeos. Declara vt ibi.*

148. *Iuramentum non addit renuntiationi, quod in ea non continetur, neq; conſenſum ſupplet.*

Optimum conſilium in materia textus noſtri eſt, vt renuntiationes in ſpecie fiant.

In generalibus renuntiationibus facile de conſenſu dubitatio incidere poteſt.

149. *Nemo intelligitur renuntiare iuri, quod ſibi competere ignorat.*

Bonum eſt, vt renuntiantes de iuribus ſibi competentibus certiorentur.

Renuntiatio non trahitur ad ignorata.

Ne quidem iurata.

Etſi clare dictum ſit, renuntiantem nihil amplius petere debere aliquo modo, via, vel cauſa iuſta, vel iniuſta, cognita, vel incognita.

Generalitas reſtringitur ad id, de quo particulariter actum eſt,

Probatio ignorantia.

150. *Expreſſio ſingulariter, ſpecialiter & generaliter fieri ſolet. & num. 157.*

Sufficit cogitatũ eſſe in genere, niſi ſpecialis expreſſio ſit neceſſaria, aut mens paciſcentium refragetur.

Quatenus in genere cogitatum intelligatur.

Ratione iuramenti de omnibus in genere cogitatũ intelligitur.

An

Digitized by Google

151. *An ſtatutum efficere poſſit, ne valeat iuramentum.*

152. *Venditio hereditatis, in qua venditor enormiſſime læſus eſt, remedio* l. 2. C. reſcind. vend. *reſcinditur, etſi renuntiatio iurata acceſſerit.*

153. *Renuntiatio filiæ de hereditate materna in manibus patris facta, non patri, ſed venientibus ab inteſtato prodeſt.*

154. *Renuntiatio generalis non pertinet ad ea, quæ ſpeciali expreſſione digna ſunt, & renuntians non repudiaſſet, ſi ea ſibi competere ſciuiſſet.*

155. *Renuntiatio ob certam cauſſam facta nulla eſt, niſi cauſſa impleatur.*

156. *Renuntiationes ſunt ſtricti iuris & odioſæ.*

In renuntiatione non veniunt, niſi quæ expreſſa ſunt.

157. *Per verba generalia intelligitur de omnibus cogitatum.*

Renuntiatio generalis proximiori agnato facta, num ſpem etiam in feudum ſuccedendi comprehendat.

158. *Renuntiationes intelligendæ, rebus ſic ſtantibus.*

159. *Verba renuntiationis quum aliquid operata ſunt, reſtringi debent.*

Renuntiatio de quibuscunque fideicommiſſis facta, intelligitur de præſentibus, vel de puris, non conditionalibus.

160. *Renuntiatio de omni iure competenti ex quacunque cauſſa, quæ dici aut cogitari poſſit, ſolum pertinet ad iura, quæ partes ſciunt.*

Digitized by Google

161. *Renuntiatio in fauorem renuntiantis eſt interpretanda, vt minus praiudicet.*

Etſi ſpes fideicommiſsi remitti poſsit: renuntiatione tamen generali non continetur fideicommiſsum.

162. *Vbi in renuntiatione hereditatis quæſitæ eſt læſio enormiſsima, omnes clauſulæ dolo intelliguntur adiectæ.*

163. *Renuntiatio hereditatis quæſitæ, & donatio reſpectu immobilium, non dicitur ratificata per quinquennium.*

164. *Textus noſter fallit in renuntiatione errantis, ebrij, iracundi, ignorantis.*

REPETITIO C. QVAMVIS DE PACT. IN 6.

Bonifacius octauus.

QVamuis pactum patri factum a filia, dum nuptui tradebatur, vt dote contenta nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex ciuilis: ſi tamen iuramento non vi nec dolo præſtito firmatum fuerit ab eadem, omnino ſeruari debebit: cum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.

Huius

Digitized by Google

Huius † Decretalis repetitionem ſum̃ariam, a anteceſſorum ſecutus veſtigia, quinq; partibus omnium com̃odiſſime exponi poſſe arbitror. I.

a Pactum ſucceſſorium Dd. cum hic tum alibi quadruplex faciunt: adquiſitiuum, diſpoſitiuum, conſeruatiuum & renuntiatiuum, de quo textus agit. Huius pacti materiam Zaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. num. 25. cum ſeqq.* vltra omnes Canoniſtas & Legiſtas mira dexteritate & perſpicuitate, tribus concluſionibus reſoluit. *Aut renuntians* (inquit) *accepit tantum, quantũ ei debetur, tunc pactum valet. Aut tantum non accepit, tunc non valet pactum renuntiatiuum ſine iuramento, ſed bene cum iuramento.*

Primo ſtatuenda erit regula negatiua iuris ciuilis: quod pactum renuntiatiuum non valeat, cum rationibus dubitandi & decidendi atq; fallentijs. Ita ad textũ hunc via nobis aperietur, in quo ſtatuitur regula affirmatiua: quod pactum renuntiatiuum cum iuramento valeat. *Ioan. Bolognet. in l. fin. nu. 113. C. de pact.* qui ad hæc aduertendum monet, ne decipiamur.

Secundo videndum de rationibus dubitandi & decidendi ad hunc textũ.

Tertio conſtituendum de requiſitis.

Quarto ampliationes.

Quinto limitationes erunt proponendę, quę hinc inde apud Dd. exſtant.

PARTICVLA PRIMA.

2. REgula iuris eſt: pactū † ſucceſſionis renuntiatiuum non valere. *l. pactum 3. ibi Dd. C. collat. l. fin. ff. ſuis & legit. hæred. l. licet 19. et l. fin. ibi Dd. C. de pact. l. qui ſuperſtitis 93. ff. acquir. hæred. Dd. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat. c. filij nati, Si de feud. defunct. content. Matth. de Afflict. 1. ſi quis inueſtierit. num. 16. De feud. dat. in vic. L. commiſ. Socin. reg. pactum factum.* Etſi diſſenſerint Corraſ. *lib. Epiſt. qq. cap. 32.* Sonsbeccius *De feudis par. 9. num. 54.*

3. Rationes † dubitandi duodecim habet *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 2. vſq; ad num. 14.*

4. Ratio † decidendi *ſecundum gloſſ. in d. l. pactum. C. collat.* eſt, quod pactū ſit contra bonos mores, *ibidem Cyn. num. 2.*

Rationem aliam ad regulam præcitatam proponit *Bart. in l. ſi quis pro eo nu. 17 ff. ſ. fideiuſſ.* quod ius futurum pro modico & facile remitteretur: Vt proinde lex vtilitatibus ſubditorum hic prouiderit, *Caſtr. in l. pactū. nu. 2. C. collat. Andr.*

Alciat.

Alciat. in l. fin. nu. 63. C. de pact. De qua *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 50. & 51.* ſcribit, ſe non reperire contradictorem. At contradicit Gozadin. *l. fin. num. 9. C. de pact.*

Aliã, repudiatis Iaſonis, Decij, Aretini, Cornei, Cagnoli rationibus, adducit Ioann.[b] Bolognet. *in l. fin. nu. 107. C. de pact.* quæ ex materia textus illius facile conuelli poteſt.

[b] Lex, eo, de cuius ſucceſſione agitur, conſentiente, ne quidem pactionem diſpoſitiuam pro improba habet: vt proinde Bologneti ratio ad pactum renuntiatiuum allata, non magni ponderis ſit.

Aliqui hanc adferunt: quod iuri de futuro competituro renuntiari non poſſit. *l. Qui ſuperſtitis*[b2] *93. ff. acquir. hæred. l. ſi ita ſcriptum 46. §. ſi ſub conditione. ff. legat. 2.*

[b2] Vide Bolognet. *l. 1. nu. 8. vſq.* 13. *num.* 21. *ad fin. num.* 53. 54.

At hæc quoq; parum mouet. Nam etſi renuntiatio per ſimplicem repudiationem fieri nequit: vt Dd. comuniter viſum eſt: per pactum tamen & maxime iuratum fieri eam poſſe non

ambigitur. *Rota deciſ.1.num.2.De iureiurando.in antiquior. Bart. & omnes alij ordinarie in l.1.ibi Curt.nu.23.cum ſeqq. & nu. 30.Ludouic.Gozadin.nu.7.Hubert.Zuchard. late num.121.cum ſeqq. & maxime num.132. cum ſeqq.Bolog nu.8.vſq.13. & num.51. cum ſeq.qui omnes iurium interpretes, circa hanc theoricam hallucinatos, docet, Donell.num. 9. C.de pact. Signorol.de Homod.in repet.l.poſtquam nu.13. & 30. C.eod.Iaſ.in l.ſed et ſi quis. §.quæſitum.num.12.ff.Si quis caut.Dd.in l.is poteſt.ibi Iaſ.nu.9.ff.de acquirend.hered.Ant. de Petruc.l.1.nu.90.ff.iureiur.Carol.Ruin.in l. hoc edicto.§.nuntiatio.nu.19.ff.nou. oper. nũt. Ioann. Crot.in l.1.num.40.ff.de verb.oblig. Mattheſil.de ſucceſſ.4.mẽb.art.3.princip.nu. 54.Ioann.Gutt.de vltim. volunt.part.2. cap. 5.num.3.Idem de contract.iurat.cap.25.nu.1. 2.Bauer.de virtute iur.num.149. Thom. Triuiſian.deciſ.Ven.1.num.1. lib. 2. Lud. Roman. conſ.22.num.1.Tiber.Decian.conſ.39.nu. 24. 76.159.lib.*2. quibus in locis hoc axioma eiuſq; elegantem & plenam diſcuſſionem inuenies.

Aliam habet *Hugo Donell.d.l.fin. num 25.cum ſeqq.C.de pact.* Aliam Deci. quam refutat Cagnol. *d.l.fin. num.108.* Aliam adfert

adfert Coraſ. lib. Epiſt. qq. cap. 32.

Duas recitat *Hotoman. conſ. 7. ad princ. & conſ. 9. num. 5. 6. 7.*

Quinq; proponunt *Ant. de Petrut. in repet, l. 1. num. 90. cum ſeqq. ibi nouiſsime Ioachim. a Beuſt num. 224. ff. iureiur. Natta ad textum noſtrum hic. nu. 88. cum ſeqq. Guilhel. Benedict. c. Raynutius. verb. duas habẽs filias. num. 238. ext. de teſtam.*

Sex adfert *Iaſ. in l. pactum. num. 2. & 4. C. collat.*

Decem ſunt apud *Vaſq. de ſucceſs. creat. d. §. 18. num. 14. cum ſeqq. quibus conſentanea ſunt, quæ tradit de ſucceſs. reſolut. lib, 3. ad l. ſi quando. § illud. num. 24, C. inoff. teſtam.*

Amplia I hanc regulam, † in filio propter expenſas ſtudij ſucceſſioni paternæ renuntiante: Non enim renuntiatio iniurata valet. [b] 3 *Cyn. in d. l. pactum. num. 5. C. collat. ibidem Bald. num. 15. q. 10. & 11. Salycet. num. 5. Caſtr. num. 3. Iaſ. num. 1.* ex Odofredo facti ſpeciẽ de Scholaſtico Cremonenſe referens, qui patrem hac commendabili fallacia decepit: quum nouercam haberet impedientem, ne pater ſibi impendia ſtudiorum ſubminiſtraret. *Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 46.* 5.

6. Amplia 2. vt † idem ſit in pacto facto a marito cum vxore, ne liberi ex eo nati ſuccedant: not. infra *fall. 6. num. 15. 16. & fall 25. num. 136.*

7. Amplia 3. vt † idẽ ſit in eo, qui ſuperſtitis bona repudiat: Non enim valet repudiatio. *d. l. Qui ſuperſtitis 93. ff. Acquir. hered.* Cuius textus materiam pulcre examinauit, & duobus modis limitauit Ioann. Cutter. *de vlt. volũt. part. 2. cap. 5. per tot.* Et qua ratione pactũ, renuntiatio atque repudiatio differant, *c* tradit *ibidem num.* 1. Tu Bolog. ad *l. 1. num. 8. cum ſeq. & num. 53. C. de pact.* conſule.

c Repudiatio nulli fit ſpecialiter, ſed ſimpliciter repudiatur hereditas: Renuntiatio fit in fauorem certæ perſonæ: Pactum vero exigit duorum conſenſum. Melius exponit Bolog. hic relatus.

8. Fallit † hæc regula I. in patre aliquid pro pręmio emancipationis ſuſcipiente, & faciente pactum filio de non ſuccedẽdo. *l. 1. § ſi parens. ff ſi a paren. quis manumiſſ. fuer. ita gl. et Dd. hic. ibi Philip. Franc. num. 6. Natta. num. 1. & 117. Couarru. part. 3. §. 4. num. 10 Bart. in l. fin. num. 7. ibi Cyn. nu. 5. Alb. Roſ. num. 1. & 7. Angel. num. 3. Bald. nu.*

15.

Digitized by Google

15. *Franc.Curt.num.36.38. Iaſ.num.27. Cagnol.nu.110. Dec. nu. 29. Alciat.nu.63. Ioann. Bolognet.num.107.108. C.de pact. Matth. de Afflict.1. c.ſi quis inueſtierit.nu.17. De feud. dat.in vic.leg.comiſ.Bart.Socin.reg.344. pactum de hereditate. fall. 6. Guilhel. Benedict. in repet. d. c. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 240. Angel.in l.pactum.* dicens gloſſam magnam ibi, volentē, patrem non vi pacti repelli, ſed quod deliquerit, accipiendo pretium emancipationis, approbari per omnes. *ibi Bald. num. 4. in 3 oppoſit. Salyc. num. 2.* dicens gloſſæ ſententiam eſſe bonam. *Alex. num. 6. Iaſ. num. 3. 4. fallen.* 1. *Dec. num. 16. C. collat. Ludouic. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo. nu. 20. ibi Imol. num. 4. ff. de verb. oblig. Bartholom. Socin. in reg. pactum factum. fallen.* 1. *Vaſq. ad d. l. ſi quando. § illud. nu. 31. 32.* Vbi tamen *nu. 37.* hanc & ſequentes generales fallentias, cum fallentijs ad textum noſtrum confundit.

Hic ergo communis eſt intellectus *Dd. ad d. §. ſi parens.* in prima parte. [c2]

[c2] Hunc tamen intellectum Zaſius hic relatus communiter reprobari ait.

Verum *Zaſ. d. l. ſtipulatio hoc modo. num.*

25.[e3] dicit, hunc intellectũ eſſe contra *l. vtrum 106. ff. de verb. oblig.* Ipſe intelligit textum, vt *in verſic. ſequente:* & hunc intellectum veriorẽ & indubitatum dicit. De quo etiam Decium, Fr. Curt. Iaſon, Cagnol. Couar. Alciat. Bologne. locis relatis conſule.

[e3] Plures traduntur intellectus ad d. §. *ſi parens.* 1. eſt communis. 2. refertur a Zaſio hic. 3. eſt, quod in prima parte d. §. *ſi parens*, magis quædam iuris ſui venditio, quam pactum ſucceſſorium habeatur. *Io. Crot. d. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 114. *cum ſeqq.* vbi de prima & ſecunda parte textus eleganter diſſerit. Bodin. *de repub. lib.* 1. *cap.* 4. Weſenbec. *conſ.* 15. *num.* 91. Alios ſenſus referre non curo.

9. Idem † eſt, quando pater accepita filio eam quantitatẽ, quæ iure legitimæ portionis ſufficiens erat, & filio pactũ de non ſuccedendo fecit. *d. §. ſi parens. Bart. in l. fin. num. 7. ibi Angel. num. 3. Bald. num. 15. Alex. num. 6. Fr. Curt. num. 36. Dec. num 16. Ioann. Bolognet. num. 107. 111. quem conſule. C. de pact. Ludouic. Roman. d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 22. ibi Zaſ. num. 25. Crot. 115.*

Et hanc veram atq; cõmunem decidendi rationem ad ſecundam illius textus

textus partem eſſe dixit *Couarru. loco relato. Vaſq. ad d. l. ſi quando. §. illud. num. 17.*

Verum quum huic ſententiæ videatur refragari *l. ſi quando. §. fin. C. inoff. teſtam.* plenius diſtinguere voluit *Salyc. in l. pactum. nu. 2. C. collat.* ad quem *Iaſon ibi num. 3.* ſe remittit. *Idem in l. fin. num. 4. fallent. 2. ibidem Iaſ. num. 28. C. de pact.*

II. Hæc † ſententia fallit in filio naturali legitimato, tempore legitimationis, patri faciente pactum de non ſuccedendo. *Caſtr. d. l. pactum. num. 5.* dicens, ſe cum pluribus ita conſuluiſſe. *Alex. num 5. Iaſ. num. 3. & 4. fallent. 6. Dec. num. 15. C. collat. Ioann. Bolognet. in l. fin. nu. 115. limitat. 6. ibi Franc. Curt. num. 36. Iaſ. nu. 30. C. de pact. Zaſ. in l. ſtipulatio hoc modo. nu. 45. verſic. vltimo fallit.* vbi addit, Quando Imperator & Comites Palatini legitimãt, id illos intelligi facere ita, ne legitimis liberis præiudicium fiat. *Natta hic nu. 2. ibi Matth. Boys in addition. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 241. Barthol. Socin. reg. filia renuntians. fall. 24. idem reg. 344. pactum de hereditate. fall. 7.* 10.

III. Fallit, ſi filius pactũ renũtiatiuum faciens, tantũ acceperit a patre, quan-

tum valet ſua legitima. *Dd. hic arg. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi a pa. quis manumiſſ. fuer ibi Gemin. num. 8. Philipp. Franc. nu. 6. Natta part. 1. num. 5. cum ſeqq.* vbi hanc communem eſſe dicit, a qua recedendum non ſit, *d. §. ſi parens. cũ l. ſi quando. § illud. C de inoff. teſtam.* conciliat. *a Dd. in l. fin. vbi Franciſ. Curt. nu. 38. Cagnol. nu. 111. Donell. nu. 32. C. de pact. Dd. in l. ſtipulatio hoc modo ibi Zaſ nu. 25. ff. verb. oblig. Iaſ. in l. pactũ. nu. 4 fall. 2. C. collat. Bartholom. Socin. d. reg. pact. fallent. 8. Sonſbec. de feud. part. 9. nu. 53.* qui hanc ab omnibus fere approbari teſtatur. *Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10 num. 3.*

a Aut filius recepit quantum ei ſatis eſt ad legitimam, & contra patris teſtamentum venire non poteſt. *ita loquitur §. ſi parens.* Aut minus accepit, & contrauenire poteſt. *d. §. illud.* quod *d. §. ſi parens,* per argumentũ a contrario ſenſu probat. Nam tunc agitur ad ſupplementũ. S*alycet. in l. pactum. num. 2. C. collat.*

Diſſentiunt autem *Lud. Rom. d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 22. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. ad d. l. ſi quando. §. illud. num 17.*

Communem retentam intellige ſi renuntians pro legitima, quantum ſatis eſt, recęperit, reſpectu ad tempus mortis parentũ habito. *l. cum quæritur. 6. C. in-*

C.inoffic.teſt. At quando pater filio legitimam in vita ſua aſſignat, & eius deinde facultates augentur, an etiam legitima augeatur, interpretes quærunt.

Tu pro huius puncti, & capitum eo pertinentium reſolutione, ita diſtingue.

Aut filius ratione pacti tantum accepit, quantum ſibi occaſione ſucceſſionis deberetur, & valet pactum. *Bart. d. l. fin. num.* 7. vbi additio Panormitanum refert, atteſtantem, quod hanc Bartoli ſententiam a nemine reprobatam inuenerit. Attingit hoc membrũ etiam *Philipp. Franc. h. num. 6. verſic. ſecundo limita.*

Aut filius totum quidem, quod ſibi occaſione ſucceſſionis inteſtamentariæ debebatur, non accepit: ſed tamen pater tantum illi bonorum aſſignauit, quæ pro legitima, habito reſpectu ad tempus mortis paternæ, ſufficiunt: & tene communem præcedentem opinionem, atq; Dd. ibi relatos, qui ita loquuntur.

Aut filius filiaue tantum non accepere & augmentum in patris vita

tum valet ſua legitima. *Dd. hic arg. l. 1. §. ſi parens. ff. ſi a pa. quis manumiſſ. fuer. ibi Gemin. num. 8. Philipp. Franc. nu. 6. Natta part. 1. num. 5. cum ſeqq.* vbi hanc communem eſſe dicit, a qua recedendum non ſit, *d. §. ſi parens. cũ l. ſi quando. § illud. C. de inoff. teſtam.* conciliat. a *Dd. in l. fin. vbi Franciſ. Curt. nu. 38. Cagnol. nu. 111. Donell. nu. 32. C. de pact. Dd. in l. ſtipulatio hoc modo ibi Zaſ. nu. 25. ff. verb. oblig. Iaſ. in l. pactũ. nu. 4 fall. 2. C. collat. Bartholom. Socin. d. reg. pact. fallent.* 8. *Sonſbec. de feud. part. 9. nu. 53.* qui hanc ab omnibus fere approbari teſtatur. *Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10 num. 3.*

a Aut filius recepit quantum ei ſatis eſt ad legitimam, & contra patris teſtamentum venire non poteſt. *ita loquitur § ſi parens.* Aut minus accepit, & contrauenire poteſt. *d. § illud.* quod *d. §. ſi parens,* per argumentũ a contrario ſenſu probat. Nam tunc agitur ad ſupplementũ. *Salycet. in l. pactum. num. 2. C. collat.*

Diſſentiunt autem *Lud. Rom. d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 22. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. ad d. l. ſi quando. § illud. num 17.*

Communem retentam intellige ſi renuntians pro legitima, quantum ſatis eſt, receperit, reſpectu ad tempus mortis parentũ habito. *l. cum quæritur. 6. C. in-*

C.inoffic.teſt. At quando pater filio legitimam in vita ſua aſſignat, & eius deinde facultates augentur,an etiam legitima augeatur, interpretes quærunt.

Tu pro huius puncti, & capitum eo pertinentium reſolutione, ita diſtingue.

Aut filius ratione pacti tantum accepit, quantum ſibi occaſione ſucceſſionis deberetur,& valet pactum. *Bart. d. l.fin. num.* 7. vbi additio Panormitanum refert, atteſtantem, quod hanc Bartoli ſententiam a nemine reprobatam inuenerit. Attingit hoc membrũ etiam *Philipp. Franc. h. num.* 6. *verſic. ſecundo limita.*

Aut filius totum quidem, quod ſibi occaſione ſucceſſionis inteſtamentariæ debebatur,non accepit: ſed tamen pater tantum illi bonorum aſſignauit, quæ pro legitima, habito reſpectu ad tempus mortis paternæ, ſufficiunt: & tene communem præcedentem opinionem, atq; Dd. ibi relatos, qui ita loquuntur.

Aut filius filiaue tantum non accepere & augmentum in patris vita

contingens, ab eo, quod poſt mortem eius bonis acceſſit, ſecernendum.

Nam augmentum poſt mortem patris contingens, ad legitimã non pertinebit. *Iaſ. Auth. nouiſsima. num.* 5.*6.* dicens neminẽ diſcrepare. *C. inoff. teſtam. Benedict. c. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 266. Ext. teſtam.*

Reſpectu autẽ augmenti, in vita patris contingentis, inter dotis atq; legitimæ conſtitutionẽ diſtinguendũ erit.

Dotem enim tempore conſtitutionis congruam fuiſſe ſufficit. *Couarru. h. part. 3. §. fin. num. 7. concluſ. 12. ibi in addit. ad Nattam. Matth. Boys part.* 1. *nu. 8. not. infra num. 84. 84.*

In legitima porro ſubſtinguendum.

Aut enim filius filiaue, quibus legitima in vita patris aſſignata fuit, cum iuramento ſucceſſioni patris renuntiarunt: & bonis parentum auctis, legitima non augetur: neq; illi augmentũ legitimæ petere poſſunt: per textũ noſtrum hic, & ideo *d. l. ſi quando. §. illud.* procedit, quando pacto iuramentum adhibitum non eſt. *Iaſ. Auth. nouiſsima. nu. 10. C. inoff. teſtam.* vbi dicit, ſe hanc putare

tare veram, neq; meminiſſe, quod viderit in hoc puncto contradicentem: & ad textũ *c. cum M. Ferrar. Extr. de conſtit.* & Baldi doctrinam ibi reſpondet *Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 27.* ipſe quoq; hanc Communem perhibens. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 76.* qui octo fundamenta contraria diſſoluit, magis communem eſſe ſcribit *Couarru. h. part. 3. §. 1. num. 2.* not. infra num. 58.

Contrarium autem tenet *Carol. Molin. in addit. ad Alex. conſ. 180. lib. 5.*

Et quum nonnullis viſum ſit, renuntiationẽ quidẽ propter textũ noſtrum valere, iuramentum autem interpoſitum intelligendũ rebus ita ſeſe habentibus. *c. cum inter P. ext. de renunt.* non igitur contrauenire eum, qui augmentũ petit. *Berengar. Fernand. repet. l. in quartã. part. 1. num. 125. ff. ad l. falcid.* filij filiæue certiorandi erunt, vt expreſſe augmẽto renuntient. *Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 266.*

Communem hanc opinionem amplia, vt propter iuramentum illa indiſtincte procedat, ſiue renuntians minus legitima habeat tempore mortis

patris,ſiue tempore aſſignationis. *Alex. conſ.180.num.2.lib.5.*

Aut ſine iuramento eſt renuntiatum, & vlterius ſubſtinguendum erit.

Si enim is, qui renũtiauit, minus legitima, etiam reſpectu ad tempus aſſignationis habito, accepit, ita quod nunquam legitimã integram habuit, quin auctis patris bonis, & teſtamento condito, ſupplementũ filius iure petat, patre autem ab inteſtato decedente ius ſolidum ad totam portionem ſuam hereditariam habeat, ambigendum non eſt. *Ioann. de Imol. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num.5. ibi Zaſ. num.27. Graſſ. in tract. commun. opin. §. legitima. ad fin.* Neq; eſt, qui in hoc puncto diſſentiat: quum ea, quæ Iacobus Butrigarius diſputauit, ad ſequens membrum pertineant, vti omnes, qui eius opinionem amplexi ſunt, fatentur. Regulæ ergo noſtræ hic, & textui *d. l. ſi quando. §. illud.* innitimur.

Si autem filius filiaue, integram legitimam tempore aſſignationis factæ, receperint, bonis paternis poſtea auctis, ſupplementum petere nequeunt.

Ita

Ita originaliter ſenſit in hoc membro *Iacob.Butrigar.in l.pactum.C.collat.* vt de eo refert *Iaſ.in d.Auth.nouiſſima.nu.9.* eumq; ſequuntur *Angel.in d.l.ſtipulatio hoc modo. num.4.fall.9.ibi,ſub dubio forte, Imola nu.5. Natta h.part.1.num.8.* qui ita tenendum dicit. *Matth.de Afflict.c.ſi quis inueſtierit. num 18.De feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Benedict.d. verb.duas habens filias. nu. 242. & ſcribit Couarru. h.part.3. §.1. num. 2.plures hanc opinionem ſequi, qui eam cõmunem eſſe dicant. Et profecto ita eſt. Nam Carolo Molinæo ad Alex.d.conſ.180. lib.5.* pacti validitate ſuppoſita (quã ille impugnat) Butrigarij opinio crebrior & verior eſſe videtur.

Tum (1) per *d.l.1.*[a] §.*ſi parens.*

[a] *Couarru.h.part.3.§.1.num.2.dicit,hunc* textum non probare Butrigarii opinionem.

Tum (2) propter dubium euentũ:[b] quum facultates patris ita diminui potuerint, ſicut & augeri: vt proinde ratione dubij euentus renuntiatio ſubſiſtat. *arg.l.de fideicommiſſo.C.tranſact.Ioann. de Imol.d.l.ſtipulatio hoc modo.nu.5. ibi Ang. nu.4.Natta h.nu.8. Alex.d.conſ.180.num.2.*

[b] Ad hanc & ſequentem rationem reſpondet Bereng. Ferd. *l. in quartam part. 1. num.124.* Vaſq;.*de ſucceſſ.progreſſ.§.3.num.27.*

Digitized by Google

Tum (3) quod ſemel conſtituta legitima in debita quantitate, non curetur diminutio bonorum: Ergo neq; augmentũ in conſideratione eſt: quũ id poſtulare non liceat, cuius contrarium quis non eſſet petiturus. *l. ſi ea lege. C. Vſur. l. pen. C. ſolut. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 13. num. 83.*

Tum (4) quod ſuppoſita pacti validitate, id penderet ab incerto euentu, ſi filius augmentum ſuperueniens petere poſſet. *Molin. ad Alex. d. conſ. 180.*

Contrarium autem tenent hic *Philip. Franc. num. 6. Couarru part. 3. § 1. num. 2.* hanc Cõmunem & veram dicens *Bald. in l. pactum. nu. 6. in 6. oppoſit. C. collat. Iaſ. in d. Auth. nouiſſima. nu. 9.* dicens opinionẽ Butrigarij eſſe falſam & reprobari cõmuniter. *Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo. ibi Zaſ. num. 25. 26. 27.* qui teſtatur Butrigarij opinionem, quam Angelo tribuit, eſſe inſignem errorem, & non eſſe veram. *Berengar. Fernand. d. l. in quartam part. 1. nu. 124.* vbi ſcribit, hanc Dd. communiter tenere. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 84.* cõmuniorem opinionem dicens, *Idem de ſucceſſ. progreſſ. § 3. num. 27.* vbi hanc vt

receptio-

receptiorẽ, ita veriorem eſſe teſtatur, *Graſſ.d.§.legitima.in princ.*

Tum (1) per textum noſtrum h. vbi dos ſuccedit legitimæ. *l. Quoniã Nouella. C.inoff. teſt.* & tamen pactum ſine iuramento non tenet. *Philipp.Franc.h.nu.6.*

Tum (2) per *c. Cum M. Ferrar. Extr. conſtitut.* cuius argumento *Bald.ibi nu.15.* ſcribit, Filiam quæ recepit centum pro integra ſua legitima, augmentatis facultatibus patris, poſſe petere, legitimã ſuperexcreſcentium bonorum: addit, hoc eſſe notatu dignũ, refert & ſequitur *Iaſ.d.Auth.nouiſſima.num.9.*

Tum (3) quod in legitimæ computatione attendatur tẽpus mortis patris. *Philipp.Franc.h.num.6. Iaſ.in d. Auth. nouiſſima.num.4. Zaſ.d.l.ſtipulatio hoc modo. num.26. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.§.3. num.26. Graſſ.d.§.legitima.q.11.per d.l.quũ quæritur. C.inoff.teſtam.* Ergo ſi filio in vita patris conſtituatur legitima, & bona poſtea augeantur, ipſe ſupplementum recte petit: quod ſi exceptũ fuerit de pacto: replicabit ille, (ſuppoſita pacti validitate) renuntiationem intelligendam fuiſſe, rebus in eodẽ ſtatu permanenti-

bus. *Bereng. Fern. d. l in quartam. part. 1. nu. 124. Graſs d. q. 13.*

Tum (4) per *d. l. ſi quando. §. illud.* vbi contra Butrigarium & eius ſectatores, eſt caſus ad literã, vt teſtatur *Iaſ. d. Auth. nouiſsima. nu. 9.* & hunc fortem textum contra opinionẽ Butrigarij eſſe dixit. *Couarru. h. part. 3. §. 1. num. 2.*

Et quanquam *Imol. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 5.* defendendo Butrigarium, exceperit, quod *in d. § illud.* aliquid minus integra legitima, tempore aſſignationis conſtitutum fuerit: recte tamen *Iaſ. in d. Auth. nouiſsima. num. 10.* replicat, rationem in textu expreſſam generalem eſſe, & vtroq; in caſu æqualiter militare, ſiue tempore aſſignationis aliquid minus legitima fuerit conſtitutũ, ſiue id quod aſſignatũ fuit, ad legitimę quantitatem, habito ad tempus conſtitutionis reſpectu, aſcenderit.

12. IV. Fallit † quando fit pactum poſt mortẽ illius, de cuius ſucceſſione agitur: quia tunc non eſt pactum de futura ſucceſſione. *Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo ibi Angel. num. 3. Lud Roman. nu. 25. verſ. Quarta. Dd. in d. l. pactum. ibi Caſtr. nu. 4. Iaſ. num.*

num. 4. fallent. 5. C. collat. Ioann. Bolognet, in l. fin. num. 114. C. de pact. dicens ita tenere gloſſam & omnes *in l. 1. C. eod. tit.* & de hoc eſſe textum clarum *in d. l. ſi quando. §. illud. C. de inoff. teſtam. Vaſq. in d. l. ſi quãdo. §. illud. num. 49. Natta d. c. Quamuis. num. 9. ibi addit Guilhel. Benedict. vbi ſupra. nu. 143. Adde quæ not. infra particula 3. requiſito 3.*

V. Declara † vt tum demũ hæc vera ſint, quando inter patrem & filium pactum ſit renuntiatiuum: Nam illud non valet: Aliud, ſi id fiat inter alios, puta, inter fratres: quemadmodum Eſauus fratri iuniori Iacobo ius primogenituræ [d] ceſſit. 13.

d Primogenitum iuri primogenituræ renunciare poſſe, multis docet & probat Andr. Tiraquell. *de iure primogen. q. 24. cum ſeqq.* Quæ ceteris paribus, intelligenda iuxta ea, quæ tradidit Carol. Molin. *ad conſuetud. Pariſien. tit.* 1. §. 8. *gloſ. 3. num. 6. 26. 27. 28. Cacheran. deciſ.* 100. *num. 39. 40.*

Nam ius primogenituræ, competens ex priuilegio, facilius tollitur quam ius commune. *l. eius militis 35. §. ſi militia miſſus. ff. teſtam. milit. Iaſ. in d. l.*

pactum.num.4.fall. vlt. C. collat. qui ita tenendũ dicit. *Angel.in l ſtipulatio hoc modo. num.3.fall.6.Imol.num.5.* qui ait, Eſauum non omni ſucceſſioni, ſed tantum iuri primogenituræ renuntiaſſe. Idem eſt, ſi filia dotata a fratre, cum eo conueniat, ſe non ſucceſſuram patri. *Iaſ.d.l. pactum.nu.4.fallen.7.Natta d. c.Quamuis. num.10. Guilhel.Benedict.vbi ſupra.nu.244.*

Tu de pacto inter fratres & ſorores tene, quod valeat, conſentiente patre, aut eo, de cuius ſucceſſione agitur: Et ita recte hanc limitationem proponit *Ioann. Bologn. in d. l. fin. num. 115. C. de pact.* Eo autem, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante, pactum non tenet, vt infra requiſito 1.& 2. ad hunc textũ, & circa expoſitionem, d. *l.fin.fall.3.* exponitur. Vt non immerito *Lud. Roman.* ſcripſerit *in l. ſtipulatio hoc modo. nu. 23. 24. ff. de verb. obligat.* falſiſſimam ſententiam eorum eſſe, qui eiuſmodi pactum aliter ſubſiſtere aiunt.

14. Idemq; ſtatuendũ, de renuntiatione iuris primogenituræ [e] vniuerſali, quod iure hereditario defertur, rectiſſime poſt *Lud. Roman.* monet *Dec. in d. l. pactũ.*

num.

num. 17. quod ſcilicet valeat, ſi viuente & conſentiente patre, fiat, aut eo mortuo, non aliter. *Carol. Mol. ad conſuetud. Pariſien. tit.* 1. §. *8. gl. 3. num. 6. 26. cum ſeqq.*

1 Secus in eo, quod in certa re, iure particulari contractus vel inueſtituræ defertur. *Carol. Molin. ibi. Cacheran. deciſ.* 100. *num.* 39. 40.

Nec quidquam in contrarium mouet exemplum de Iacobo & Eſauo, quod interpretes adducunt: quũ [2] illa renuntiatio ex conſenſu atq; confirmatione patris, qui Iacobo benedixerat, robur atq; vires habuerit. Aliter reſpõdet *Cacheran. deciſ. 100. nu. 39.* quod ius primogenituræ apud Iudæos nõ reſpexerit ſucceſſionẽ vniuerſalem, ſed certas tantũ prærogatiuas. de quib. vide Corſetũ *de poteſtate regia par. 5. nu. 74.* Vtramque reſponſionem cumulauit *Matth. de Affl. in c. 1. num. 38. cum ſeqq. De nat. ſucceſſ. feudi. tres reſponſiones adfert Iaſ. in l. is poteſt. num. 31. cũ ſeqq. ff. acquir. hered.*

2 Hæc vera reſponſio, altera illa, quod ius primogenituræ apud Iudæos nõ reſpexerit totam ſucceſſionẽ, nihil ad rem facit, Neq; enim *l. fin. de pact. in* eo vim facit, vtrum de certa re pactũ ſit an non. Vnde iudicari poteſt de iis quæ diſſeruit Mol. *ad conſ. Par. tit.* 1. §. 8. *gl.* 3. *num.* 28.

15. VI. Fallit † ſi pactum de non ſuccedendo conſuetudine aut ſtatuto probetur. *Alberic. de Roſat. l. fin. num. 4. ibi Bart num. 6. in lect.* vbi de ſtatuto agit, diſponente, quod ingrediens monaſterium non ſuccedat. *Iaſ. nu. 24. Andr. Alciat. nu. 66. 67. Ioann. Bologn. nu. 105. C. de pact. Ioann. de Imol. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 3. ibi Zaſ. nu. 38.* qui pulcre docet, eiuſmodi ſtatutũ non eſſe contra Eccleſiæ libertatem. [e3] *Bald. in l. pactum. num. 3. ibi Iaſ. num. 4. fall. 4. C. collat. Natta d. c. Quamuis. num. 14. Guilhel. Benedict. loco relato. num. 246.*

e3 Communem in contrarium eſſe teſtantur Gozadin. *d. l. fin. num. 21. ibi Dec. num. 28. Hieronym. Cagnol. num.* 104. 105. 106. *Alciat. num. 66.* 67. *Bolog. num.* 105.

16. Infer † ad *c. filij nati. vbi dd. Si de feud. defunct. contẽt. & c. 1. De fil. nat. ex matrim. ad morganat. contract. Bald. d. l. pactum. nu. 3. ibi Salyc num. 3. & 4. Caſtr. nu. 4. Alex. nũ. 3. Iaſ. nu. 3. Dec. nu. 15. C. collat. Alber. in l. fin. nu. 1. ibi Ale. num. 14. C. pact. Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 45. fallen. 9.* Iacob. de S. Georg. verb. & vnus ex dictis. *nu.* 1. Roſenthal. *in tr. feud. cap. 7. nu. 57.* Borcholt. *de*

le feud. cap. 7. num. 56. Cuiac. lib. 4. tit. 32. ib. 2. tit. 17. Zaſ. par. 5. num. 70. Vide ſupra mpliat. 2. & infra fall. 25. num. 136.

VII. Fallit † quando renuntians excluditur præſcriptione. *Hottoman. conſ. . verſic. Quoniam ad quæſtionem. Tiber. Dean. conſ. 6. num. 56. cum ſeqq. lib. 1.* 17.

VIII. Fallit † ſi pactum iuramento rmetur, quæ eſt materia textus noſtri, *ibi Natta nu. 15. Bald. in l. pactum. ante u.* vbi ait, ita ſenſiſſe Placentinũ, *f* anequã *d. c. Quamuis* in rerũ natura eſſet, quo tamen ille diſſentit. *ibi Iaſ. nu. 4. llen. 3. C. collat. Bart. in l. fin. num. 8. ibi ndr. Alc. num. 63. Angel. num. 3. Bald. nu. . Fr. Curt. nu. 36. Cagnol. nu.* 115. *Ioann. Bognet. num.* 10. 107, 112. *C. de pact. Dd. in d. l. vulatio hoc modo. ibi Angel. num. 3. fall. 5.* ii materiã pacti acquiſitiui & diſpoſiii confundit. *f² Lud. Roman. nu.* 2. *Zaſ. . 28. verſic. Tertia concluſio. Barthol. Socin. r. pactũ factũ. fall. 5. Guilhel. Benedict. loco ato. num. 247. Gabr. Rom. lib. 3. recept. conſ. tit. de iure dotium. concluſ. 1. Ioach. a Beuſt . ff. iureiurand. latiſſime & pulcerrime noncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 133. vſq. fin. Tiber. Decian. conſ. 39. num. 160, lib. 2.* 18.

Digitized by Google

f Voluit ergo iuramentum etiam iure ciuili tenere: quam ſententiam latiſſime probat Fortun. Garc. *de vlt. fine iur. num.* 298. *cum mult. ſeqq.* Vide Caſtren. *in Auth. ſacramenta puberũ. num.* 8. *C. ſi aduerſus vend. & ampl.* 25. j.

f2 Doctores confuſione harum materiarum in inextricabiles incidiſſe difficultates, & res ipſa loquitur: & teſtatur Bolog. *l. fin. num.* 11. *C. de pact.*

PARTICVLA SECVNDA.

19. PRo † ratione dubitandi adferri poſſunt omnes rationes decidendi, quę annotatæ ſunt ad regulam præcedentem: Quod pactum renuntiatiuum non valeat.

20. Ratio † decidẽdi eſt religio *g* & ſanctimonia iuriſiurandi. *Hottoman. qui alios refert conſ. 8. num. 1.* Atq; ita pleriq; vna & mente atq; voce concordiſſime tradunt, textum ſuper iuramento fundari. Et hanc veritatem dicit *Bart. in l. pactum. ante num. C. collat. Caſtrenſ. in Auth. ſacramenta puberum. num. 8. C. ſi aduerſus vendit. Fachin. lib. 3. controuerſ. iur. cap. 22. verſic. fundamentũ firmiſſimum. & Tib. Decian. conſ. 39. n. 70. vſq; ad 89. lib. 2.* vbi de iuramenti efficacia in renuntiationum materia pulcre diſſerit.

g Iuramen-

g Iuramentum quod non vi, nec dolo præſti-
m eſt, neq; in alterius detrimentum, aut æter-
: ſalutis diſpendium vergit, id eſt, per quod
q; mortale, nec veniale peccatum incurritur,
uandum eſt. *Dd. hic. ibi Natta num. 85. Andr.*
ciat. in c. cum contingat. num. 52. De iureiur.

Ergo etſi pactum lex ciuilis impro-
t: tamen illud contra bonos mores
n eſſe, ex eo omnes colligunt: quum
ramento *h* firmetur, quod aliquin
inime futurum eſſet. *c. Non eſt obliga-*
ium De reg. iur. in 6. Dd. in d. l. fin. ibi Bart.
m. 9. Angel. num. 3 Bald. num. 15. C. de pact.
rt. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 3. Dd. in d.
actum. ibi Bald. nu. 6. 22. quæſt. 19. dicens,
pliciter quid contra bonos mores
e: pactum autem renuntiatiuũ con-
bonos mores ciuiles, non naturales
e, *Salyc. num. 1.* qui ait: Canoniſtas me-
& ſimplices admittere quidem, pa-
m affirmatiuum contra bonos mo-
eſſe, non autem negatiuum: illos
tem ita ſimpliciter & indiſtincte lo-
entes male docere. *Caſtr. nu. 2. Iaſ nu.*
ui Cynum errare dicit, quod exiſti-
rit, pactũ hoc contra bonos mores
e, eoq; iuramento firmari non poſſe:
c. num. 5. qui teſtatur, pactum hoc fir-

Digitized by Google

mari iuramento: & gloſſam ibi contrarium tenentem cōmuniter ab omnibus reprobari. *C. collat. Salycet. in l. pactum quod dotali. num. 5. C. de pact. Ioann. Bolognet. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 81, 82. Geminian. in dict. capit Quamuis. num. 3. ibi Didac. Couarru. part. 3. in princip. Andr. Tiraquel. de iur. primogenitur. q. 7. numer. 4. Tiber. Decian. conſil. 39. numer. 106. libr. 2.*

h Hæc communis: Alii contra, quod non reſpectu iuris, ſed facti aut effectus firmetur. Ergo pactum non valet, iure ciuili improbatum: ſed de facto, metu periurii ſeruandum eſt. Ita contra Dd. exponit textum noſtrum cum aliis Fortun. Garc. *de vlt. fine iur. num.* 311. *cum ſeqq.* vbi duo quæri poſſunt. I. Quando iuramentum confirmet contractum alias inualidum: & quando ſolum iuramentum ſit ſeruandum? II. Quis ſit vſus huius inueſtigationis? Tradunt autem noſtri, quando iuramentum ſolummodo arctat iurantem ad obſeruationem iuramenti, contractum autem non firmat, poſſe iurantem ceteris paribus, venire, contra contractum petita abſolutione a iuramento: ſecus eſt, quando iuramentum firmat contractum. *Ioann. Crot. repet. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 33. *ff. verb. obligat.* vbi cum communi tenet, hoc iuramento firmari pactum. *Vide infra ampliat.* 24. At ſi iuramentum ſuper contractu valido adhibitum.

um, & nihilominus relaxatio iuramenti facta
it, aduertendum erit ad praxin, quam docet
Corn. *in Authentic. ſacramenta puberum.*
um. centeſim. octau. C. ſi aduerſ. venditor.
Gabriel Roman. libr. 2. receptar. concluſion. tit.
e minorib. regul. 5. *numer.* 3. Simoncell. *de*
ecret. lib. 3. *titul.* 8. *numer.* 155. Quæ ple-
ius infra *ad ampliation.* 9. *circa textum Au-*
ent. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.
ponuntur.

Hæc ratio decidendi a Legiſtis,
ui a communi diſcedunt, impugna-
ur.[i]

[i] Varie ratio decidendi in textu allata op-
ugnatur, indirecte & directo. Nonnullis
nim viſum eſt, verba illa textus: (*quum non*
rgat. &c.) non fuiſſe prolata diſpoſitiue, & vt
tionem generalem: ſed recitati in illo caſu
rticulari. Ideoq; non ampliare textum. *Ce-*
al. ex Franciſ. Rip. conſ. 142. *num.* 23. Ali-
ii directo rationem hanc oppugnant: qui
rſum in duas ſectas diuiduntur. Quidam
im pactum renuntiatiuum contra bonos
ores eſſe contendunt: quidam negant. Non
nitto, Gozadin. *in l. fin. numer.* 8. 9. 10. *C. de*
&. exiſtimare, quod ratio decidendi ad
ctum noſtrum ex aſſenſu patrio depende-
Verum hæc ipſius opinio plane repudi-
da eſt: quum pactum diſpoſitiuum & re-
ntiatiuum inter ſe permiſceat, quæ pluri-
um differunt.

Digitized by Google

Nonnullis enim viſum eſt, pactionem quidem contra bonos mores non eſſe: ſed quum pactum renuntiatiuũ vbiq; contra vim & auctoritatem legum ſit, fruſtra ad illud confirmandum iuſiurandum adhiberi. *l. non dubium. 5. C. de legib. l. iuriſgentium, 7. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* quum iureiurando ad impugnandas bonas leges abuti nõ debeamus. Hanc ex interpretum ſententia repetiit *Hugo Donell in d. l. fin. num. 27. C. de pact.*

Aliqui exiſtimarunt, textũ *d. c. Quamuis*, non habere rationem, niſi motiuã, & pactum renuntiatiuum contra bonos mores eſſe: quam ſententiã Cyno Dd. tribuunt: quodq; huius conſectarium eſt, iuramento non firmari: quã amplexus eſt ex recentioribus *Franciſc. Hotoman. d. conſ. 8.* vbi ait, hoc iuramentum contra ius naturæ, [k] bonos mores & omnem æquitatem, eoq; reſpuendum eſſe.

[k] Negant hoc Dd. communiter, & Bald. *in d. l. pactum. num. 6. & 22. q. 19. C. collat.* vbi adducit *c. Quã periculoſum. 7. q. 1.* Porro textus huiuſce intellectum & practicam in regno Franciæ, exponit Carol. Molin. *in addit. ad Alex. conſ.* 180. *lib. 5.*

Verum

Verum Com̄unis dd. ſententia per
niuerſum Imperium, maxime in fa-
iilijs Electorum, Ducum, Principum,
Iarchionum, Comitum, Nobilium,
ſui recepta eſt: Vt proinde fruſtra diſ-
utationibus cōuellatur. *Ioan. Fichard*
nſ.54.num.4.lib.1.

1 Conſulatur elegans de renuntiationibus
ictatus Henrici Broulæi.

PARTICVLA TERTIA.

AD hoc autē, vt † deciſioni *d.c. Quā-* 21.
uis, locus ſit, requiritur I. iuramen-
m. Nam etſi præſtatio fidei & iura-
entum a pari procedant. *Innocent. in*
t ſi Chriſtus. nu 3. Ext. iureiur. Iaſ. in l.3. §.
ari. num. 1 2. ibi Ioahim a Beuſt. num. 13. ff.
ciur. Corſet. de iurament. q.7. nu. 23. Myn-
ȝ. obſeruat. 17. Cent. 1. Andr. Gail obſer.
ct. lib. 2. obſeruat. 59. Hieronym. Schurf.
ſ. 62. nu. 13. Cent. 3. Coler. de proceſſib. exſe-
. part. 1. cap. 10. nu. 239. cum ſeqq. Tamen
ud eſt, quando iuramentum requi-
ur pro ſolemnitate, vel ſoliditate a-
s. *Bald. d.c. etſi Chriſtus. num. 8. iureiur.*
d. §. iurari. nu. 1. & 2. late deducit Modeſt.
. conſ. 19. nu. 42. cum ſeqq. vſq; ad fin. lib. 2.
quidem requiritur, iuramentum

Digitized by Google

realiter præſtitum eſſe: quæ eſt communis ſententia, *Ioann. Fichard. conſ. 54. num. 1. lib. 1.* neq; ſufficit id remiſſum fuiſſe. *Cyn. Auth. ſacramenta puberum. nu. 8. q. 5. Alberic. de Roſat. num. 5. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 183.*

22. Amplia † hoc requiſitum, vt idem ſit de vulgari illa formula, quando promiſſio fit de ſeruando conuenta, cum clauſula loco iuramẽti: Wann ſich einer an Eides ſtatt zu halten verpflichtet. Nam ne eiuſmodi quidẽ forma promiſſionis renuntiationem firmat: cum aliud ſit quid eſſe tale, aut loco talis haberi. Ita in terminis reſpondit *Modeſtin. Piſt. d. conſ. 19. q. 2. num. 47. cum ſeqq.*

23. Verum † contrariam ſententiam, quod promiſſio eiuſmodi pro iuramento vere & corporaliter præſtito, quo ad vinculum actus atq; contractus habeatur, vt ei contraueniri non poſſit, & proinde actum atq; contractum aut de iure aut ſaltem de facto firmet, in ſpecie tuentur *Henning. Goeden conſ. 103. num. 58. 59. Ioann. Fichard. d. conſ. 54. num. 2. 3. Coler. d. cap. 10. num. 246. cum ſeqq. Henric. Breulæ, de renuntiat. cauſ. 1. cap. 2. num.*

*um.10.*ibiq; in duobus reſponſis ſubie-
:is hæc ſententia plenius aſſeritur.
uibus Innocentium aliosq; prius re-
:tos, & omnes omnino Canoniſtas
:q; Legiſtas accenſere licet, qui fidei
ræſtationem & iuramentum a pari
:ocedere contendunt: vtcunq; aliqui
orũ caſum, iuramẽti pro ſolemnitate
:l ſoliditate actus requiſiti, excipiant.
Quemadmodum enim ſi decem Io-
himicos loco dotis filiæ conſtituero,
ıt filio aureos totidem loco legitimæ
ſignauero, ipſamet dos & legitima fi-
: & filio vere conſtituta intelligitur,
q; aſſignata: Ita formulæ noſtræ ſen-
s intranſitiuus, hic nimirum eſt, pro-
itto loco iuramenti, id eſt, iurato.
uin & ſenſus tranſitiuus, reſpectu ad
:amentũ corporale aut verbale ſo-
nne habito, eodem recidit, ſi hic eſſe
tuatur: Nolo quidem iuramentum
rporale aut verbale ſolemniter præ-
re;[m] ſed promitto & obligo me lo-
iuramẽti, Ich verpflichte mich zu hal-
an Eides ſtatt/ id eſt, vt in iuramen-
& iurato fieri ſolet.

ta promittens non quidem expreſſe, ſolem-
:r & corporaliter iurat, neq; ita iurare vult:
bene iurat relatiue & implicite.

Sententia ergo relatiua erit: At relatum referenti vere ineſt, quatenus videlicet ineſſe poteſt, iuribus vulgatis: Ergo promiſſioni huic verum iuramentum vere inerit, etſi neq; corporale, neq; verbale ſolemne illi ineſſe ſtatuatur: & ſuccedet doctrina, quod iuramentum ſit, vbicunq; ſimplici promiſſioni vinculũ religionis adijcitur: *Panormit. in c. Ad aures. nu. 3. Ext. quod met. cauſ* & DEVS ad confirmationem veritatis implicite vel explicite interponitur. *Idem in c. etſi Chriſtus. num. 3. Ext. iureiur.*

24. Qua † ſententia conſiſtente, *n* poſterius hoc Goedeni, Fichardi & aliorũ dogma hodie receptius, tutius atq; probabilius eſſe, minime dubito, pro quo magni momenti rationes militãt.

n Duo de hac formula noſtra quæri video. I. *An ſit iuramentum.* II. *An firmet pactum.* Prior quæſtio minus, vt opinor, dubii habet: maxime quum omnis etiam fidei pręſtatio iuramentum ſit. *Panorm. d. c. ad aures.* Deinde verba formulæ noſtræ aut ſtant intranſitiue & res expedita eſt: aut ſtant tranſitiue, ita vt differentia aliqua inter eam & ſolemne iuramentũ, tam corporale quam verbale ſit: & propter ſenſum relatiuum iterum

erum iuramentum erit: ſi non aut corporale
it ſolemne verbale, at ſimplex tamē & verum
ramentum. In ſenſu namq; tranſitiuo verba
a (*loco iuramenti*) aut adiiciuntur ad limitan-
m promiſſionem ſimplicem, quod nemo ſa-
is dixerit: aut ad eam augendam adhibentur:
ſtat intentio noſtra: quia vinculum religionis
nplici promiſſioni adiectū, iuramentū eſt. *Se-*
nda quæſtio propter auctoritatē iuris ciuilis
agis eſt impedita. Statuunt enim leges noſtræ
ter corporale & verbale iuramentū diſcrimē.
C. ſi minor ſe maiorem dixer. l. 1. C. ſi aduerſ.
nd. text. in princip. in Auth. iuſiurandum quod
eſtatur, &c. & vbi iuramentū pro ſolemnitate
l ſoliditate actus neceſſarium eſt, iuramentū
rporale exigunt. *gl. d. l. 1. verb. corporaliter. &*
Dd. in Auth. ſacram. puberū. C. eod. tit. de quo
irca illius textus expoſitionem, requiſito 3.
ædam adduxi, ea potiſſimum ratione, quod
amentum corporale fortius ſtringat. Nam &
rima fere rerum origine omnium pene gen-
m moribus certi iuramentorū ritus fuerunt:
i & iam olim ſacramētis adhibiti ſunt, & eti-
num locorum conſuetudinibus variantibus
ibentur. Abrahami patriarchæ ſeruus iurat,
nu fœmori domini ſubiecta: ſiue ad circum-
onis ſacramentum, ſiue ad ſemen benedictū,
ſſiam, cœli terræq; Dominum, adhuc in lū-
illius latentem reſpexerit, vt Iudæorum Ra-
os & orthodoxos patres docere perhibent:
ea loci conſuetudo fuerit: quam adhuc in
orum regione ſeruari nonnulli ſcribunt, qua

indicetur, promiſſorem, in negotio, ſuper quo iuratur, ſe illi, cui iuratur, obſtringendo quodammodo ſubmittere. Chriſtiani olim iurabāt in templis, atq; tacto ſepulcro ſancti alicuius, certa verba pronuntiabant, quorum forma refertur apud Gregor. *lib.5.epiſt.33.* Romani aras aut alias res manu tenentes iurabant. *Alex. ab Alex. lib.5. cap.3. Cœlius lib.21. antiq. lection. cap. 15. latiſſime diſſerit hac de re Barnab. Briſſon. lib. 8. formul. fol. 813. cum ſeqq. adfert nonnulla etiam Matth. Weſenbec. in paratit. ad tit. ff. iureiur. nu. 6.* Verum adeſſe hi ritus poſſunt, atq; abeſſe, ſalua iuramenti ſubſtantia, quod conſuetudines locorum & interpretes noſtri atq; ſacri codices probant. Quum enim iam olim iuramentum corporale, tacto Euangeliorum libro præſtaretur: hodie quemlibet alium librum, aliamue rem tangi ſatis eſt. *Gabr. Roman recept. concluſ. lib.2. tit. de minorib. concluſ.5. limitat.3. num.36. Simoncell. de decret. lib.3. tit.8. nu.187. limitat.24.* Iurat Iſaacus regi Abimelecho. (*Geneſ. 26.*) Iurat Iacobus ſocero per pauorem patris ſui, hoc eſt, per Deum, quem pater colebat. (*Geneſ. 31.*) Iurant Seniores populi, (*Ioſua 9.*) Quibus in locis nullos iuramenti ritus videmus: Vt de Chriſtianorum iuramentis verbalibus nihil dicam. Quæ quum ita ſint, cauendum profecto, ne propter eiuſmodi ritus, aut ſolemnia atq; concepta verba, iuramenti ſubſtantiam tollentes, aliis periuriorum auctores ſimus. *not. 1. num. 69.*

Primum

ʾrimum † argumentum ducitur a le- 25.
ceſſante. Textus enim noſter neq;
ſturam, neq; alia iuramenti ſolem-
a exigit: ° ſed de iuramento indi-
nɑ̃te & ſimpliciter loquitur. Ergo vt
axime iis in caſibus, in quibus pro
tuum aut contractuum ſoliditate &
lemnitate iuramentum exigitur, iu-
ciuilia corporale & ſolemne iura-
entum requirant: in materia tamen
ɔſtra, nihil tale exigendum, ſed deci-
ɔni textus noſtri indiſtincte loquen-
;, ſimpliciter vbiuis locorũ ſtãdũ erit.

o Hæc eadem ratione ad materiam *c. cum ntingat 28. Ext. de iureiur. & c. licet. eod. tit. in pertinent.*

Tum (1) quod † iuramentum corpo- 26.
le aut alia ſolemnia nõ requirantur,
ɔi ius nihil tale deſiderat: ſed ſimpli-
ter p tantum de iuramento mentio-
em facit. *Corſet. de iuram. q. 4. num. 7.*

p Vbi textus non diſtinguit, ne nos quidem ſtinguere debemus. Erubeſcimus enim dum ıe lege loquimur.

Tũ (2) quod † textus noſtri deciſioni 27.
x recepta & communi Dd. ſententia,
ı vtroq; foro ſtandum ſit: quod infra
. 69. & 95. ampliatione 25. exponitur:

vt proinde iuris ciuilis apices non multum nos hic mouere debeant.

28. Alterum † fundamentũ deſumitur a poteſtate legis deficiente. Nã etſi per ſtatuta prouideri poſſit, ne iuramentũ valeat: de quo infra ad ampliationẽ 9. circa materiam *d. Auth. ſacramenta puberum* num. 73. & fallen. 48. num. 151. diſſeritur: Tamen vbi eiuſmodi ſtatuta, ſimiliaq; remedia ceſſant, perpetuo regulæ textus noſtri & iuriũ concordantium ſtandum erit: quod iuramentum non vi neq; dolo prǽſtitum ſeruandum ſit, vbi ſine diſpẽdio ſalutis æternæ ſeruari poteſt. *Corſet. de iuramen. q. 8. nu. 28. Robert. Lancell. in tract de attent. part. 3. cap. 24. q. 12. nu. 4. Fortun. Garc. de vltimo fin. iur. num. 634. Aſcan. de patria poteſt. effectu 4. nu. 4.* etiãſi nulla [b] obligatio ſit, ſuper qua interpoſitum eſt, *Redoan. de reb. eccleſ. non alien. q. 35. num. 7.* quem iuramenti effectum lex ciuilis non tollit. *Fortun. Garc. de vlt. fin. iur. num. 298. cum ſeqq.* Imo ne quidem tollere poteſt: quum ex iuramento licito oriatur obligatio primaria DEO, ſecundaria parti, ex communi Dd. ſententia. *Corſet. de iuram. q. 14.*

Obligatio

ligatio autē in DEVM tendens, iuri
mano nō ſubiiciatur, tantū abeſt, vt
ib9 ciuilib9 diſſolui poſſit. *Fort. Garc.*
relato. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. nu. 73. 74.
ntellige vt per Bart. *in l. ſi quis pro eo. in princ.*
fideiuſſ. Bauer. de virt. iuram. num. 43.

bſeruandum ergo † erit, iuramentū, 29.
i actum non confirmet, quod omnes
robant, quos infra ad ampliationē 9.
cā tertium intellectū *d. Auth. ſacram.*
erum, retuli: & ex Corneo docuit *Si-*
ncell. de decret. lib. 3 tit. 8 num. 184. ad fin.
nde † porro recte infertur, tale iura- 30.
ntum etſi non iure & directo, per
directum ſaltem & de facto pactum
nuntiatiuum firmare: cum metu
iurii illi contraueniri non poſſit.
Tertium & vltimum argumentum
auctoritate canonum peti ſolet.
Certum eſt, textus noſtri deciſionē
ris ciuilis generalitate exorbitare.
e namq; ciuili iuramentum verba-
corporali diſtinguitur: & pro actuū
; cōtractuū cōfirmatione iuramen-
n exigitur corporale: quę ad textū *d.*
h. ſacramenta puberū. &c. itē ſacramenta.
ace tenenda, in vſib. feud. receptior
ſenten-

ſententia eſt. At textus noſter nullius ſolẽnitatis circa iuramentũ meminit.

Hinc inter ſe interpretes confligũt: nonnullis, iuxta iuris ciuilis ſententiã, in foro maxime Cęſareo, iuramentum corporale, pro renuntiatiui pacti validitate exigentibus: aliis contra cenſentibus: cum DEVS inter corporale & aliud iuramentũ differentiam non faciat: pacto renuntiatiuo ſtandum, etſi iuramentum ſolemne corporale illi non acceſſerit: dum̃odo illud non ſimplex pactum, ſed iuratum ſit. In conflictu autem rationum ea ſententia præualere debet, quæ pro religione & animæ ſalute facit. *l. ſunt perſonæ 43. ff. de religioſ. & ſumt. funer. Angel. in tract. de teſtam. gl. 104. num. 8. Gail. lib. 2. obſer. 39. num. 12. cum ſeqq. not. in tract. meo. de teſtam. num. 95.* maxime ſi de iuramento quæratur, cuius hoc præcipuum eſt, vt in dubiis opinionibus illa tenenda ſit, quæ iuramentum obſeruandum tenet, *Bauer. de virtut. iuram. num. 154. Dd. in c. Cum contingat. ibi Alciat.*[r] *num.* 51. 52. 61. 94. 319. *De iureiur.* & exſtat hodie clara deciſio: quod in materia iura-

menti

nenti ſtandum ſit iuri Canonico in vtroq; foro, vſq; adeo vt iudices ciuiles cenſura eccleſiaſtica ad obſeruantiam eius compelli poſſint. *text. in c.2. ibi Genin. num.4.5. Philipp. Franc. num.3. & reliqui. De iureiur. in 6. Dd. in d. Auth. ſacramenta puberum, ibi Salyc. nu.8. Iaſ. nu. 24. Igneus num.15. Simoncell. de decret. lib.3. tit.8. num. 39. quibus ea addenda erunt, quæ infra ampliatione 9. circa 3. requiſitũ d. Auth. ſacram. puberum. & ampliatione 25. annotata ſunt.* neq; enim leges dedignãtur Canones imitari, *c.1. & 2. Ext. noui oper. nunt. Coler. de proceſs. exſecut. part. 1. cap.*10. *num.* 215.

[r] Declarat idem *lib.5. paradox cap.3.*

Quæ † quum ita ſint, non in formula tantum relata, ſed in omnibus aliis fidei præſtationibus, in quibus promiſſioni ſimplici vinculũ religionis adiicitur, & DEVS in confirmationem veritatis implicite vel explicite interponitur, idem ſtatuendũ erit, ſiue de illuſtribus perſonis, ſiue de aliis quæratur, ad quam ſententiam proxime acceſſit *Colerus d. part.*1. *cap.*10. *num.246. cum ſeqq.* 32.

Declara † hoc requiſitum: Nã cautela eſt, per quam pactum valet, ſine omni 33.

iuramento, ſi pater maritet filiam, vt frater cum ſorore pactum faciat, & pater conſenſum accommodet, iuxta *l. fin. C. pact.* quod fuit conſilium Petri de Bellapert: ibi, vt teſtatur *Cyn. in l. pactũ. num. 4. C. collat.* ſequitur *Gemin. d. c. Quamuis. num. 8. Alex. d. l. fin. num. 12. ibi Ioann. Bologn. num 11. 13. & pulcre num. 57. num. 115. limitat. 5. Vaſq. d. §. 18. num. 147.*

Verum hoc non iſtiusmodi pactum renuntiatiuũ, quale text. noſter conſiderat, ſed diſpoſitiuũ potius eſſe conſtat, quod requiſito ſeq. exponitur. *Vtcunq; Iaſ. in l. fin. nu. 31. C. de pactis & alij ibidem refragentur.*

34. Requiritur II. vt † patri, de cuius ſucceſſione renuntianda quæritur, 92 pactũ renuntiatiuũ factũ ſit. Ita loquitur *d. l. pactum. C. collat. & d. c. Quamuis.* Atq; hoc pacto latiſſime pro Baldo & rectiſſime concludit *Iaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 9. verſic. Secundo principaliter quærit Bartolus. ibi Alex. num. 12. Crot. num. 46. cum ſeqq. Zaſ. num. 31. verſic. prædicta concluſio ſic limitata. Dd in d. c. Quamuis. ibi Imol. & Gemin. num. 13. Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dotis promiſſ. reg. 1. fall. 7. num.*

Digitized by Google

n.31. At ſi de ſucceſſione quidem pa-
s renuntianda agatur, renuntiatio
tem non patri, ſed matri, aut fratri
t, id nihil ad hanc materiã ſpectabit.
32 Pactum tum proprie renuntiatiuum eſt,
nateriam textus huiuſce pertinens, quando
untiatio illi & in illius manibus fit, de cuius
eſſione renuntianda agitur: At pactũ quod
r tertios de hereditate viuentis fit: diſpoſi-
im eſt: ſiue ſit de ſuccedendo, ſiue de non
edendo: Ergo tunc ad deciſionem *l. fin. C.*
act. recurrendum. *vbi Dd. & cum primis Bo-*
num. 11. 57.

Ita ergo diſtinguo.

Quando † de ſucceſſione patris re- 35.
ntianda agitur: Aut renuntiatio fit
ri, & hæc eſt materia textus noſtri.
Aut renuntiatio fit fratribus: Et tum
fit, patre conſentiente, puta, iura-
fratri, patris aſſenſu accedente: &
quidem pactum valet: At renuntia-
um proprie non eſt, ſed diſpoſitiuũ,
emadmodum requiſito præceden-
expoſitum fuit. *Ioann. Bolog. in l. fin.*
n.11.13.57.115.155.157.158. C. de pact. Vbi
ganter docet de hereditate tertij,
n diſpoſitiuum modo, ſed & conſer-
iuum, adquiſitiuum, atq; renuntia-

Digitized by Google

tiuum pactum ſub ſe continere. *Matth. de Afflict.c.ſi quis inueſtierit.num.34.fallen.9. De feud. dat. in vic.leg.commiſſ. vbi in eandem ſententiam Ancharan.Ioann.de Imol.& Gemin. adducit. Barthol.Socin. reg.filia renuntians cum iuramento.fallent.* 13. *Craſſ. d. §.ſucceſſio ab inteſtato q. 10. num. 6.7. Aym. Crauet.conſ.52. nu.*1.*Ioann.Cephal.conſ.146. nu.5.6.7.8.9.conſ.378.n.16.conſ.405.n.45.conſ. 592.num.*18. vt proinde fruſtra fluctuent *Natta d.c.hic nu.62.& Fr.Curt.d.l.fin.nu.36. ibi Iaſ.num.31.Cagnol.nu 62.C.pact.*r

36. r Curt.*nu.*36.pactum valere dicit,accedente iuramento:aliud ſi ſine iuramẽto fiat. Mouetur duabus rationibus: I. Quia text.d.l.fin.loquitur in pacto affirmatiuo diuidendæ hereditatis, & non in pacto de non ſuccedendo negatiuo.Reſponde I.quod hoc pactum reſpectu fratrũ recipientiuum vere ſit affirmatiuũ & diſpoſitiuũ, vt *dixi in tract.meo de teſtam.nu.*6.II.quod text. *d.l.fin.*longe generalioꝛ ſit, quã vt ad pactũ aliquod diuiſorium reſtringi poſſit. II.ratio, quod textus noſter h.tanquam correctorius,tantũ in terminis,in quibus loquitur,procedat,quando filia cũ patre paciſcitur. Reſponde, hanc rationẽ ab interpretibus reprehendi: Et vt maxime vera eſſet,eam tamen extra pactũ renuntiatiuũ, quod proprie tale eſt,nihil concluſuram.

Hinc † ſine omni iuramento, r hoc pactum valet: quod profecto de pacto renun-

Digitized by Google

renuntiatiuo dici nequit.

Ergo ſi filia dotata, cõſentiente patre, fratribus promittat, quidquid ad eã ex ſucceſſione de bonis paternis peruenerit, ſe reſtituturã: pactũ diſpoſitiuũ eſſe, & quod huius cõſectarium eſt, eo, de cuius ſucceſſione agitur, aſſentiẽte, ſine iuramento valere conſtat, iuxta præcitatã Petri Bellaperticenſis cautelã: ſequuntur Legiſtę *in d. l. fin.* & Canoniſtæ *in d. c. Quamuis. ibi Philipp. Franc. nu.* 11. *Natta num. 114. & Dd. proxime relati.*

Aut † pactũ ſit, patre ignorãte, & nihil valet. *Dd. d. l. ſtipulatio hoc modo. ibi Io. Crot. nu. 46. 47. 48. Cagnol. in l. fin. nu. 56. C. de pact.* 37.

Idem eſt, ſi fiat pactum cum patre, de hereditate matris abſentis. *Dec. in l pact. num. 9. fallent. 6. C. collat.* Nihil enim hic agitur, ne quidem cum iuramento. *Ita Ancharan. & Imol. d. c. Quamuis. ibi Gemin. nu. 13.* quam veriorẽ *Didac. Couarru. ibidẽ part. 3. in prin. nu. 5. & 7. verſ. cæterũ Roderic.* & comunẽ eſſe teſtatur *Gabr. Rom. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dotis promiſſ. reg. 1. fall. 7. nu. 31. 32. 33. Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 12. ibi Iaſ. nu. 9. Zaſ. nu. 31. Dd ad l. fin. ibi Iann. Bolognet. nu. 59. 60. 112. 113. 115. Andr.*

Digitized by Google

Tiraquell.de iure primogen.q.29.nu.9. Graſſ. d.q.10.num.6.

38. Et † hanc ſententiam plane indubitatam eſſe conſtat.

Tum (1) ex materia pacti diſpoſitiui, quod non valet, niſi eo, de cuius hereditate agitur, conſentiente.

Tum (2) ex iis, quæ not.in tract.meo de teſtam.*num.6.verſic.ſed obſeruandum.*

39. Tum (3) quod † textus noſter iuris ciuilis ſit [f] correctorius: Ergo non debet extendi vltra caſum ſuum, ad matrem vel fratrem, niſi cum qualitate dotationis: puta, quia matri dotanti fit renuntiatio. *Ioann. Cephal. conſ.142. num.21.22.23.conſ.405.num.46.*

[f] Receptior tamen ſententia videtur: quod diſpoſitio *d.c.Quamuis*.non correctoria, ſed limitatoria ſit, quam etiam ſequitur Zaſ.*in d.l.ſtipulatio hoc modo.nu.*36.37. Imo neq; correctoria eſt, neq; limitatoria, ſecundum Fortun.Garc. *de vlt.fine iur.num.*304. Nam iuramentũ etiam iure ciuili tenet: Ergo neq; corrigitur, neq; limitatur ius ciuile. Et ſi opponas illi, ſaltem pacti reſpectu textum noſtrum limitatorium haberi: Replicabit ille negando, & ad textum noſtrum reſpondebit: iuramentum iure quoq; ciuili tenere: quod omiſſum a iure ciuili, expreſſerit ius canonicum. Quum ergo iuramentum vtroq;

vtroq; iure valeat, etiam pactum vtroq; iure firmari: non de iure, ſed de facto: A iure quidem Canonico expreſſe, a iure autē ciuili ea ratione, quod non dedignetur ſacros canones imitari.

Aut † vero pactum ſit de bonis paternis, patre iam mortuo, & ne hoc quidē ad præſentē materiam pertinet, quemadmodum plenius requiſito ſequente exponitur. *& infra fall. 12.* 40.

Hinc ergo conſtat, ſi filia renuntiet in manibus patris, vel fratris, ſucceſſioni [11] paternæ, maternæ, fraternæ, auitæ, & aliorum, vt caſum habuit *Franciſ. Hotoman. conſ. 7. per tot. Iacob. Mandell. conſ. 89.* & cotidie in filiabus magnatū fieri videmus, *Anton. de Petrut. repet. l. 1. num. 106. ff. iureiur.* talem renuntiationē quidem valere, quo ad hereditatem eius, cui renuntiatū eſt, non quo ad alias: [12] quia eſſet pactū inter tertios de hereditate alterius. *Cagnol. in d. l. fin. num. 65.* vbi cautelam tradit, vt pater, mater, & omnes, quorum hereditatibus renuntiatur, præſentes ſint, atq; [13] couſentiant. *ibi ann Bolognet. num. 57. 59. 60. 112. 113. 115. C. pactis.* qui inſignē practicā habet, per iam renuntians taliter ab omnium

ſucceſſione excludatur: cui adde formam renuntiationis, de qua diſputat *Tiber. Decian. conſ. 39. per tot. lib. 2.* Aliam cautelam, filiam a patre dotatam etiam a materna ſucceſſione excludendi, proponit *Alberic. de Roſat. in l. pactum. num. 2. C. collat.*

t1 Intellige hæc ſi filia renuntiet in manibus patris vel fratris ſucceſſioni illorum, qui adhuc in viuis ſunt. Nam refutatio ſucceſſionis quæſitæ valet. *vt requiſito 3. nu. 41. & fall. 12. nu. 125.*

t2 Sed an ſtatuto aut conſuetudine induci poſſit, vt eiuſmodi renuntiationes indiſtincte valeant? Videtur quod ſic, *per ea quæ dixi ad d. l. fin. fallen. 12.* niſi quatenus de vniuerſa matris & aſcendentiũ ſucceſſione, & conſequenter etiam de legitima bonorum maternorũ, ſimiliumue renuntianda agitur. Nam legitima ſtatuto minui quidem, non autem plane tolli poteſt. *Andr. Gail. obſer. pract. lib. 2. obſeruat. 122. Graſſ. in lib. recept. ſentent. §. legitima. q. 42.*

t3 Durante conſenſu pactum durat, conſenſu reuocato cõcidit. etſi paciſcentes iuraſſent. *Dd. l fin. per ill. text. ibi Bologn. nu. 56. 57. C. de pact. & ibi not. ampliat. 9. ad Fallentiam octauã principalẽ.*

32\. III. Requiritur, † vt ſimus in renũtiatione hereditatis acquirendę: Ita enim textus noſter loquitur: non in renuntiatione hereditatis quæſitæ. [u] Eiuſmodi enim remiſſio neq; pactum, neq; re-

nuntiatio

nuntiatio proprie dicitur, ſed donatio eſt, adeo quidem, vt ſine inſinuatione nequaquam ſubſiſtat. x *Dd. ſupra partic. 1. ad quartam fallentiam relati Ioann. Anton. Rub. repet. l. Titia Seio § Imperator. nu. 130. 131. ff. legat. 2. Dd. in d. c. Quamuis. ibi Natta late diſſerens num. 46. & Didac. Couarr. part. 3. § 4. num. 3. verſic. Sexta ex præmiſſis. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo. num. 10. ibi Bolognet. num. 88.* qui hanc æquam, comunem & ſuſtentabilem dicit, *ff. de verb. obligat.* Iaſon *in l. fin. num. 29. C. de pact. Melch. Palaez de maiorat. part. 4. q. 23. num. 48. Pariſ. conſ. 26. num. 77. & 80. lib. 3. Andr. Alciat. reſponſ. 1. num. 17. & 18. lib. 8. Ioann. Cephal. conſ. 142. nu. 24. Marian. Socin. Iun. cōſ. 82. nu. 38. lib. 4. notanter Hotom. d. conſ. 7. nu. 7. verſic. ſed vt preſſius. Tiber. Decian. cōſ. 43. nu. 32. lib. 3. Roland. a Vall. conſ. 11. nu. 24. cum ſeq. lib. 1.*

u Iuri quæſito renuntiari poteſt. infer ad fallent. 12. & 51. j.

x Donatio tamē non aliter ſubſiſtit, niſi & ſcientiā æſtimationis bonorū renuntians habeat: *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 185. verſ. limitatur vigeſimo. & ea concurrant de quibus j ampliat. 23. & ampliat. 33. num. 91. & 103.*

Infer hinc ad materiā *l. fin. C. bon. quæ lib.* Nam ibi renūtiatur iuri patronatus,

Digitized by Google

quod tempore renuntiationis compe-tit, quo ſublato, tollũtur omnes quoq; potentiæ eius. *Bald.d.l.pactum.num.4.Salyc.num.3.C.collat.*

42. IIII. Requiritur,† vt pater, cui iuratum eſt in voluntate ſua perſeueret. Nam filiæ iuramentum remittere, poteſt, non modo eam inſtituendo in teſtamento, *Bald.in l.pactum.q.3.num.9.ibi Caſtr.num.1.2.Dec.num.5.C.collat.Bald.in l.fin.num.15 ibi Dec.num.7.25.C.de pact.Bart.in dict.l.ſtipulatio hoc modo.nu.4.ibi Angel.num.3.fallent.6.Alex.num.8 Iaſ.circa ſecundam quæſtionem Bartoli. verſic. vltimo pro complemento.* vbi etiam duobus modis ampliat. *Ioann.Crot.num.43.* qui tribus modis extendit. *Zaſ.num.32, verſic. Secundo fallit. Ludouic Rom.in l.qui ſuperſtitis. num.*1. dicens hanc doctrinam eſſe Baldi. *ff.acquir.hered. Dd.in d.c. Quamuis. ibi Philipp.Franc.nu.10.Natta num.16.cum ſeqq. Gabr.Rom.lib.3.receptar.concluſ.tit. de iure dot reg.1.fallen.3. num.26. Vaſq. de ſucceſſ. creat.§.18.num.137. Idem de ſucceſſ. reſolut. lib.3.ad d l.ſi quando.§.illud num.36. vbi declarat Guilhelm. Benedict.d. verb. duas habens filias.nu.286.* vbi rationes decidēdi adfert.

adfert. *& not. in tract. meo de teſtam. nu. 6. Ioach. a Beuſt. l. 1. num. 226. ff. iureiur. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato q. 10. nu. 7. 8.* ſed etiam ab inteſtato. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. d.* §. 18. *num. 182.* Deinde pater pœnitere poteſt, ſiue ſibi iuratum ſit, vt auctoritates præcitatæ habent, ſiue fratribus, patre conſentiente: de quo fruſtra dubitat *Didac. Couarr. d. c. Quamuis. part. 3. in princip. num. 7. vt conſtat ex iis, quæ not. in meo tract. de teſtam. num. 6. verſic. Aut vero renuntiatio iuris. Graſſ. d. q. 10. num. 7.* maxime quum pactum fratribus factũ, diſpoſitiuum eſſe, adeoq; ad materiam *d. l. fin. C. de pact.* pertinere, ſatis inter Dd. conſtare videatur, vt requiſito 1. & 2. declaratum eſt: cuius tota vis a patris conſenſu & pœnitentia dependet. Vnde apparet Baldi doctrinam, quam *Iaſ. ad d. l. fin. num. 13. C. de pact.* reprehendit, bonam & iuridicã eſſe, vt etiam tenet *Dec. num. 7.* & probat *Ioann Bologn. nu. 57.*

y Filia aut ſuccedit contra voluntatem patris, tã ex teſtamẽto, quã ab inteſtato, ſi pater eã ſuccedere nolit. Aut ſuccedit ſecundũ eius voluntatẽ vel permiſſiuã, id eſt, ab inteſtato, vel diſpoſitiuã, ex teſtamento: Poteſt autẽ filia renuntiare ſucceſſioni cõtra teſtamentũ, & ab inteſtato, tã

Digitized by Google

expreſſe quam tacite. Succeſſioni autem ſecundum voluntatem patris, quæ fit ex teſtamento, renuntiare nequit, vt multis eſt viſum. De quo infra *particula quarta, fallentiam* 1. & *fallentiam* 35. *vide*.

43. V. Requiritur † vt filia paciſcens aut plane nihil, aut certe integram legitimam non receperit. Nam tunc pacto renuntiatiuo iurato locus eſt.

At ſi integram legitimam acceperit, ceſſat materia huius textus, & non eſt opus renuntiatione iurata, ſed valet pactum ſine omni iuramento: a qua tanquam communi non recedendum dicit *Natta hic par. 1. num. 6. 7. & 39.* plura vide ſupra particula prima, fall. 3. & infra particula quarta, ampl. 16.

44. VI. Requiritur, vt filia renuntians ſit patri ſuperſtes: Nam ſi viuo patre, moriatur, renuntiatio nõ nocet ipſius filiis. z *Ioachim. a Beuſt. l.* 1. *num. 229.* qui ſe hunc caſum in facti contingentia habuiſſe ſcribit, *ff. iureiur. Fachin. lib. 3. controuerſ. iuris. cap. 23.*

z Renuntiationes ſtricti iuris ſunt: Ergo quemadmodum non extenduntur ad ius de nouo ſuperueniens: Ita ne quidem de re ad rem, aut de perſona ad perſonam extenduntur. *Phanuc. de Phanuc. de inuent. part. 7. num. 132. cum ſeqq.*

Ioann.

Digitized by Google

Ioann.Crot.in repet.d.l.ſtipulatio hoc modo. num. 63. 149. De intellectu conſule ampliationẽ 38.ȷ̃.

Verum quia hic punctus altiſſimus & vtiliſſimus eſt, vt teſtatur *Vaſq. ad d. l. ſi quando. §. illud. num.* 48 *& 69* conſulendi omnino erunt *gloſ. & Dd. ad d. c. Quamuis. ibi Natta nu. 65. 125. vſq. 133. Didac. Couarr. part. 3. §. 2. ad fin. Idem ibi § 3. nu. 7. Bald. in l. pact. num. 8. q. 2. & num. 21. q. 18. ibi latiſſime Alex. nu. 7. Caſtr. nu. 7. Dec. nu. 18. C. collat. Salycet. in l. pactum quod dotali. nu. 6. C. de pact. Bald. in l. fin. n. 16. C. eod. tit. Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo. ibi Ioann. Crot. nu. 54.* qui tres caſus expendit. *Zaſ. nu. 45. fall.* 10. *Ioann. Bologn. nu. 90. 91. 92.* vbi bene declarat *Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 30. fall. 8. De feud. dat. in vic. leg. cõmiſſ. Guilhel. Bened. d. verb. duas habẽs filias. nu. 276. vſq. 282.* qui bonam diſtinctionẽ tradit. *Vaſq. ad d. l. ſi quando. § illud. nu. 48. vſq. 72. Idem de ſucceſſ. creat. §. 18. nu. 120.* ampliſſime reſoluit *Gab. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dot. promiſſ. reg.* 1. *limit. 13 n. 43. vſq. 60. Graſſ. in lib. recept. ſent. §. legitima. q. 4. nu. 2. & ſeq. Ioann. Ceph. conſ.* 142. *nu. 19. Tiber. Decian. conſ. 6. nu. 63. 80. 81. 168. 169. lib. 2. Matth. weſenb. conſ.* 11 *nu. 3. &* 14. *conſ. 71. nu. 13. 14. Mynſing. conſ. 37. n. 19. decad 4.*

Digitized by Google

45. VII. Requiritur † ſi filia expreſſim in fauorem alicuius ex fratribus aut ſororibus renuntiat, vt illi præſentes ſint, quorum vtilitas in hoc pacto tractatur: aliud ſi pactum a filia patri fiat abſolute. *Didac. Couarr. d. c. Quamuis. part. 1 in princip. num 6.* vbi diſtinguit.

Contrarium tenet *Bald. d. l. pactum. num. 14. q. 9. C. collat.* quod propter iuramentum ius quæratur omnibus, etiam abſentibus, iure Canonico, *iuxta gloſſ. in c. Quoties cordis oculus. verb. & per te. ad fin. 1. q. 7.* quam *additio ad Baldum*, ſingularem dicit. Ideoq; *idem Bald. ibi nu. 13. q. 8.* poſt *Cyn. & Ioann. Andr.* cenſet, ſi ſoror renuntiet hereditati paternæ, vni fratri præſenti & recipienti, omnibus eam accreſcere, niſi appareat præſumtio donationis, in recipientem collatæ. *Caſtr. num. 4.* qui eleganter declarat, *ibi Alex. nu. 10. Zaſ in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 28. verſic. Tertio extendite.*

46. VIII. Requiritur † vt neq; per vim, neq; [a] metu, aut dolo renuntiatio facta ſit. &c. *text. d. c. Quamuis ibi Couarr. part. 3. §. 4. num. 2. Bald. in l pactum num. 7. q. 1. Caſtr. num. 5. C. collat. Vaſq ſucceſſ. creat. §. 18. num.*

*num.*184.*Benedict.d.verb.duas habens filias.* *num.264. Simoncell.de decret lib.3.tit.8.nu.* *174.latiſſime proſequitur Cephal.conſ.34.nu.* *23.cum ſeqq conſ.62.num.29.cum ſeqq.conſ.* *142 num.28.cum ſeqq.conſ.405. num.36.37.*

Neq; hic inter dolum ex propoſito, & inter dolum reipſa, ex enormiſſima læſione proueniente, magis cōmunis Dd.ſententia diſtinguit, vt infra ampliatione 23. exponitur.

a Iuramentum meticuloſum, *vt Dd.loquuntur,* ipſo iure non tenet, ſecundum legiſtas: ſed Canoniſtę communiter tenent, talem contractum valere, niſi petatur abſolutio. *Dd.in c.item ſacramenta.* ibi *Afflict.num.12. De pac iuram.firm.* Ex hiſce porro verbis tex. noſtri colligit Io.Annib. *l.nemo.num.*282.*cum ſeq.n. leg.*1. formæ ſeu ſolemnitati legali virtute iuramenti renuntiari non poſſe.

IX. & † vltimo requiritur, vt perſona 47.
renuntians pubes ſit: neq; enim impuberes nuptui dantur. *Vincent.Franch.deciſ.119.num.8.* vbi addit, alleganti minorem ætatem incumbere probationem. *Ioann.Fichard.conſ.54 nu.2.lib.1.* Qua de re circa 9. ampliationē infra videbitur.

Hiſce ergo requiſitis concurrentibus deciſioni *d.c. Quamuis.* locus eſt. *dd.*

Digitized by Google

in l. fin. C. de pact. Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. num. 21. vbi 15. fallentias ad hanc regulam proponit, *vſq. ad num.* 42. *De feud. dat. in vic. leg. cõmiſſ. Barth. Socin. reg. filia renuntians. Benedict. d. verb. Duas habens filias. num. 237. Petr. Aduenn. reg. 130, cap. Quamuis. vbi plures remiſſiones habet. Andr. Gail. obſeruat. pract. lib. 2. obſer. 147. Graſſ. lib. recept. ſent. §. ſucceſſio ab inteſtato. q10. cum ſeqq.*

PARTICVLA QVARTA.

ET quia *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. nu. 65. cum plurimis ſeqq.* bene multas extenſiones ad textum noſtrum retulit, de iis breuiter diſpiciemus.

48. Ad † primam ampliationẽ illius de prodigo,[a] cum ſeqq. quã idem attigit *de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad l. ſi quando. §. illud. nu. 42. 43. C. inoffic. teſtat.* Vide *Baldum in d. l. pactũ nu. 12. q 7. C. collat.* cuius dictum cõmendat *Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 28. verſic. ſecundo extendite.* vbi ait, per hoc limitari *l. is cui 6. ff. de verb. obligat.*

a Olim ipſo iure prodigis bonis interdicebatur. Hodie vero miniſteriũ iudicis, id eſt, cauſſæ cognitio, interdictio, pręconiũ publicũ, & curatoris datio requiritur, *vt not. in meo tract. de teſt. nu. 221. cũ ſeqq.* Et de tali quidẽ prodigo textus

d. l. is

d.l.is cui, intelligendus eſt, vt oſtendit gl. ibi: qui profectò renuntiationem iuratã facere nequit, *Bald.d.l.pactũ.nu.*12. Errauit ergo Zaſius, quum ſcriberet, doctrinam hanc eſſe limitationem ad *d l. is cui*. Neq; enim limitatio illius textus, ſed ampliatio potius eius ſententiæ eſt, quod prodigus, antequam curatorem acceperit, ſua adminiſtrare poſſit. Breuiter, *d.l.is cui.* intelligenda in prodigo curatorem habente: Noſtra ampliatio eſt de prodigo curatorem non habente.

Ad ſecundã † ampliationẽ *ſub nu.67.* de renuntiante propter expẽſas ſtudii, quod valeat renuntiatio iurata: Adde *Baldum in d l. pactum. num* 15. *verſ. Decimo quæritur. C.collat. Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. num.* 283. aliud ſi non iuret, vt ſupra partic. 1. ampl. 1. 49.

Contrariũ affirmat *Zaſ. in d.l. ſtipulatio hoc modo. nu.* 46. quod videlicet filio ob expenſas ſtudiorũ cum iuramento renuntiante, pactũ non teneat: ad quod *Cynũ, Baldũ, Caſtrenſem* allegat *in d.l. pactũ. C.collat.* qui hoc nõ dicunt: de renuntiatione namq; iniurata loquuntur: & ſupra part. 1. ampliatione 1. adducti ſunt. Quare erronea hęc Zaſii allegatio eſt.

Tertio ampliat *ſub nu.* 70.71. Nam † licet quædã poſſimus, etſi in periurium 50.

incidamus. *gl.c.fin.verb.reuocatus. ibi Gemin.verſ.Sane.num.5.Philipp.Franc.num.6. De procurat.in* 6. *& not. in tract. meo de teſtam.num.95.* Tamen vbi alteri eſt ius quæſitum, vel quærendũ, non admittitur quis ad deierandũ. *l.ſi quis maior.* 41. *C.tranſact,* Hinc fit, vt renuntians non audiatur, dicens, ſe ſuccedere velle, etſi in periurium incidat. *Bald. in d.l. pactum.num.21.q.18.C.collat.*

51. Quarto *ſub num.72.* ampliat, vt † procedat, etſi caueatur ſtatuto, quod mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu propinquorum. Nam ſi filia contrahit cum patre, vel renuntiet patri, non erit neceſſarius conſenſus propinquorum, propter confidentiam, quam lex habet de patre. *Bald in d.l.pactum.q.21.num.24. C.collat.ſequuntur plures relati per Iaſ.ibi num.5. Tiber. Decian. conſ.6.num.42.lib.1.*

Contrarium tenet *poſt Anchar.Barthol. Socin reg. Filia renuntians.fallent.28.* Quã ſententiam *Iaſon* quinq; fundamentis confirmat, *in d.l.pactum.num.5. C. collat.* Et quanquam *Dec.ibi nu.19.20.* omnibus rationibus Iaſonis reſponderit, & ſententiam

tentiã Baldi probarit: Tamen ipſemet dictũ Baldi limitat, imo euertit in noſtra materia, quando pactum factum a patre cum filia, reſultaret in fauorem maſculorum: quia tunc illa confidentia, b quam lex habet de patre, ceſſare videtur propter parem vel maiorem affectionem maſculorum: Quibus addantur *Franc. Hotom. d. conſ. 8. Vaſq. de ſucceſſ creat. §. 18. num. 186. & not. infra circa auth. ſacramenta num. 73. & fallentia 48. num. 151.*

b Lex confidit de patre in dubio: At ſi aliquid in filiorum filiarumue præiudicium moliatur, aliud erit, *vt docent omnes in l. fin. ibi Franc. Curt. num.* 13. *Gozadin. nu.* 17. *C. de pact.* Si ergo nulla illius confidentiæ ratio habenda hic ſit, pro reſolutione conſulendi erunt interpretes, qui de vi atq; effectu talium ſtatutorum diſſeruerunt, quos require *infra num.* 73. & 151.

Quinto † ampliat *nu. 76.* vt non ſolum iuri ſucceſſionis, ſed & alimentorum poſſit renuntiari. 52.

Vbi obſeruetur primo, Vaſquii hanc ſententiam eſſe, quod iuri alimentorũ renuntiari poſſit, ſi videlicet expreſſe hoc agatur. c Nam ſub renuntiatione ſucceſſionis non venit renuntiatio ali-

F

mentorum, vti ipſemet tenet *de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad d. l. ſi quando. §. illud. num. 19. Ioann. Roy. de ſucceſſ. cap. 21. num. 79. verſic. vigeſimo quinto ampliatur.* Imo ne quidē renuntiatio legitimæ, iuxta communem, de qua infra ampl. 17.

c Subamplia *vt infra ampliatione* 28.

Secundo notetur, illum adducendo hanc ampliationē & dicta interpretũ, eſſe hallucinatum. Verſamur enim in materia *d. c. Quamuis*, id eſt, in renuntiatione ſucceſſionis futurę, quā filia patri facit. Hanc ſententiam ille ampliat, vt idē ſit in alimentis, (id eſt, debitis filiæ) & adducit diſtinctionē Baldi atq; dicta Dd. ibi, quæ nihil ad renuntiationē alimentorũ filiæ debitorũ faciunt: Quod apparebit, ſi omnia mēbra diſtinctionis a Baldo propoſitæ, & dicta interpretũ eodem pertinentium, excutiantur.

53. Ita † enim *Bald in l. pactũ. nu. 25. C. collat.* diſtinguit. Aut (inquit) loquimur in alimentis præteritis, & illis poteſt renuntiari. *l. de alimentis* 8. *in primo reſponſo. C. de tranſact.* Aut in futuris, & tunc refert vtrum proueniant ex ordinatione hominis, aut legis ſiue naturæ.

Si ex

Si ex hominis ordinatione proueniant, tum aut ex mero contractu debentur, & poteſt renuntiari. Minus enim fauetur contractui, quam vltimæ voluntati, vt per *Bart in l. cum hi. num. 4. ff. de tranſact.* Aut debentur ex vltima voluntate, & non poteſt cũ iuramento renuntiari, ita reſidet B*ald. ibi.* Idem tenet *Bart d. l cum hi. num.* 7. Verum non conſtat ſibi *Bart.* vt annotauit *addit. ibidem.* & contrarium in hoc puncto tenet d *Iaſ. d. l. de alimentis. num. 3. Ioann. Pontan. in tr. de aliment. cap. 6. num. 4. late de hoc argumento diſſerit Vital. in tract. clauſul. verſ. Sed an iuri alimentorum. per tot.*

d Pulcra hæc eſt & cotidiana materia, quam 54.
nuper in facti ſpecie habui: quare † de ea pauca in gratiam iuris ſtudioſorum obiter hic annotare volui. Regula iuris eſt, de alimentis ex teſtamento dependentibus tranſigi non poſſe, niſi cauſſa cognita, & iudicis decreto interpoſito. *l. de alimentis 8. ibi Cyn. Bart. Bald. Angel. Salyc. Iaſ. Dec. Alciat. Donell. & reliqui. C. de tranſact. luculentiſſime Vlpianus in l. cum hi 8. ibi Dd ff. eod. tit. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Cent. 2. Caſu 170. per tot. Petr. Auien. reg. 186. Decretum interpoſitum. Ioann. Garſ. in tract. de expenſis & meliorat. cap. 3. num. 38. Corn. Benicaſ. de priuileg. pauperi. q. 7. ſecundo ſpeciali in iudic. nu. 47.* neq; ſine

ſolemnibus aliter valet, niſi alimětario vtilis ſit. *d. l. cum hi. §. eam tranſactionem. ibi Dd. Ar. Pinell. l. 1. part. 3. num. 31. C. bon. matern. Simoncell. de decretis. lib. 3. tit. 8. inſpect. 16. num.* 128. aut iuramentum interueniat. *Ioann Baptiſt. Pont. in tract. de aliment. cap. 6. nu. 4. vbi hanc communem dicit.* Nam per iuramentum iudicis & decreti ſuppletur auctoritas, late Simoncell. *d. tit. 8. nu.* 133. *cum ſeqq.*

55. Hinc † infertur I. ad viduã, cui vſusfructus eſt relictus: Nam is ſtantibus liberis, in cauſſam alimentariã reſoluitur ex conſuetudine a Bulgaro introducta. *gl. l. 1. in fin. verb. derogari. C. ſi ſecund. nupſ. mul. latiſſime Gabr. Roman. lib. 5. recept. concluſ. tit. de vſufruct. concluſ. 2. Guilhel. Benedict. in repet. c. Raynutius. verb. cetera bona. num. 19. ext. teſtam. Boer. deciſ. 194. num. 4. Pract. Papienſ. in forma libelli, quo vxor agit ad dotem. verb. Donec vitam duxerit vidualem. num. 5. Iacob. Menoch. de præſumt. lib. 4. præſumt. 139. & præſumt. 157. num. 12. Mynſing. obſer. 37. Cent. 5. Andr. Gail obſ. pract. lib. 2. obſer.* 143. 144. qui hanc receptam ſententiam eſſe tradunt. *Bart. conſ. 9. ſuper eo. conſ. 56. Bartholomea facit. num. 5. magis communem dicit. Alex. conſ. 56. num. 1. conſ. 57. num. 1. lib. 3. Ludouic. Roman. conſ. 118. nu. 1. 2. conſ. 153. conſ. 516. Mandell conſ. 88. num. 8. Carol. Ruin. conſ. 17. num. 12. conſ. 42. num. 1. conſ. 50. num. 4. lib. 2. conſ. 4. num. 4 & 9 lib 3. conſ. 26. nu. 2. lib. 5. Dec. conſ. 418. nu. 1. conſ. 454. in princip. conſ. 485. num 1. Cephal. conſ. 450. num. 53. conſ. 499. num. 14. Roland. a Vall. conſ. 74. nn. 2. lib. 2.* Vt proinde

Dd.

Dd.conſenſu ſummo ſtatuant de eiuſmodi vſufructu non aliter niſi iuxta deciſionem d. *l. de alimentis.* & *d.l.cum hi.* tranſigi poſſe. *Alberic. de Roſat. d.l. de alimentis.num.2.ibi Raph. Fulgoſ.* & *Iaſ.num.1. Alciat.num.6.*

Secundo † hinc infertur ad *l. cum hi. §.ſi in annos.ff.tranſact.* De cuius intellectu Andr. Tiraquell. *de nobilitate cap.37.num.122.* differit: *Si nobili* (inquiens) *relictus ſit vſufructus, aut aliud quippiam annuum, vice alimentorum, poteſt fieri tranſactio ſuper eo relicto, ſine prætore, non etiam ſi ignobili id relictum fuerit, textus ſecundum vnam lecturam in l.cum hi. §.ſi in annos.ibi, homini honeſtioris loci iunct. gl.1. ante fin ff. tranſact.* Hæc ille. Verum animi valde dubius, ad hæc, quæ retuli, addit. *Tu tamen ſuper intellectu illius textus vide Dd.ibi.&c.* 56.

Sciendum autem, ſenſum, quem Tiraquell. ad d. *§.ſi in annos,* adducit, quaſi & de vſufructu alimentorum vice relicto, ſine prætore tranſigi poſſit, cum veterum & recentium communibus doctrinis manifeſte pugnare.

Nam etſi varii intellectus ad præcitatum §. *ſi in annos,* referantur, quod ſcilicet aut inter cauſſas legandi, aut inter perſonas, vt gloſſa *ibi in prima, ſecūda & tertia lectura* ſenſit, aut inter cauſſam alimentorum tacitam & expreſſam diſtinguendū: atq; hoc pacto duo reſponſa præcitati textus componenda ſunt: qui poſterior Oldradi intellectus fuit, ab Angelo Peruſino, Guilhelmo de Cumo non recte attributus: cuius ſententiam magis perſpicue Bartolus noſter quam

Albericus de Roſate (a quo proculdubio in errorem Angelus abreptus fuit) aut alii retulere: Tamen ſi rem non tam intricare, quā euoluere voluerimus, omnia luce meridiana expeditiora erunt. Eſt enim Oldradi opinio reiecta: gloſſæ quoq; doctrina non omnino quidem, ſed imperfectionis damnata. Hinc Alberic. de Roſate *d. §. ſi in annos. num.* 1. gloſſam huiuſce textus materiam non plene aperire ſcribit: addit Caſtrenſis gloſſam non perfecte loqui: idem plerique alii conſenſu ſummo tacite profitentur, dum pulcra & magis communiter recepta diſtinctione textum d. §. *ſi in annos*, illuſtrant.

Aut enim (*inquiunt*) ſumus in caſu certo, aut dubio.

Caſus certus duobus modis in conſiderationem venire poteſt.

Aut enim certum eſt, quod non ſit relictum in cauſſam alimentorū, neq; expreſſe, neq; tacite, & ſine omni dubio, cauſſæ cognitione ad tranſactionem opus non eſt.

Sufficit autem, ſi iuxta *l. de his 6. ff. tranſact.* tranſactum fuerit. Ita docuere *Guilhelm. de Cumo, Iacob. Butrig. Bart. Alberic. de Roſ. & alij*, neq; eſt, qui diſſentiat: Vt proinde Caſtrenſis hoc diſtinctionis membrum indubitabile, plane omiſerit, maxime quum de eo textus *d. §. ſi in annos*, non loquatur, vt poſt Guilhelm. de Cumo docuit Alberic. de Roſat. *num.* 1.

Aut certum eſt, quod ſit relictum in cauſſam alimentorū, puta, quia expreſſe in cauſſam alimentorum legatum eſt: & iterum inter omnes

conſtat,

conſtat, tranſactionem non niſi auctore prætore fieri poſſe.

Neq; hoc caſu aut perſonarum, aut quantitatis legatæ aliqua diſtinctio fit: ſed indiſtincte cauſſę cognitio & decretũ iudiciarium ad tranſactionem requiritur: ſiue alimentarius nobilioris, ſiue vilioris vitæ, *d.l.cum hi.* §. *nihil autem intereſt.* item, ſiue legatum magnum, ſiue paruum ſit. *Dd. d.* §. *ſi in annos. ibi Guilhelm. de Cumo, Iacob. Butrig. Alberic. de Roſat. Bart. Caſtr. Iaſ.* Nam & nobiliores natalibus facultatibus labi poſſunt: quod illuſtribus ſummorum principũ exemplis conſtat. Ideoq; Diuus Auguſtus filias ſuas lanificium doceri iuſſit. Vt proinde expeditum ſit, *d. l. de alimentis & d. l. cum hi.* in diuitibus & pauperibus procedere. *Alcia. d. l. de alimentis. num.* 4. Et de hoc membro, legati ſcilicet in cauſſam alimentariam expreſſe relicti, poſterius reſponſum *d.* §. *ſi in annos*, rectiſſime gl. *in prima lectura ibidem* & Oldradus accepere. Nam etſi huius Doctoris bimembris diſtinctio differentiã inter cauſſam alimentorũ tacitã & expreſſam ſtatuẽtis, recepta nõ eſt: Negari tamẽ nõ poteſt, præcitatũ §. in ſecundo reſponſo manifeſte de vſufructu alimentorũ vice relicto diſponere: ac proinde Caſtrenſem, quẽ, vt apparet, Tiraquellus male ſecutus eſt, grauiter in eo hallucinari, dum totũ textum ad tertiam partẽ diſtinctionis a Dd. propoſitæ, id eſt, ad caſum dubium reiicit. Caſum namq; dubium nulla ratione eum appellare poſſumus, quando teſtator vſumfructum vice & loco alimentorũ expreſſẽ

relinquit. Eſtq; alius, quam Caſtrenſis opinatus ſit, præcitati textus ſenſus. Ibi enim Iuriſconſultus de legato, homini honeſtioris loci relicto agit; & in prima quidem parte de legato annuo aut vſufructu ſimpliciter, in ſecundo autem reſponſo de vſufructu nō ſimpliciter, ſed alimentorum vice relicto loquitur, in quo poſteriori membro cauſſæ cognitionem & prætoris decretum, etſi modicus vſufructus ſit, id eſt, indiſtincte requirit.

Etſi autem aliqua (*vt apparet*) circa ſæpe citatum poſterius reſponſum huius textus variatio eſt; aliquibus illud ad caſum incertum, ſed perperam, torquentibus, quibus alii expreſſiſſimis & diſertiſſimis verbis textus nitentes, optimo iure reclamant: de re tamen ipſa inter omnes conſtat, ſi certum ſit, in cauſſam alimentorum relictum eſſe, nulla perſonarum aut quantitatis ratione habita, cauſſæ cognitionem & decretum prætoris neceſſario ad tranſigendum exigi.

Aut ſumus in caſu dubio, & tunc aut legatarius eſt honeſtioris vitæ, qui ſe aliunde alere poteſt: & non præſumitur in cauſſam alimentorum relictum, ſed tranſactio etiam ſine prætore fieri poteſt: Aut eſt vilioris vitæ, qui ſe aliunde alere nequit, & in cauſſam alimentorum relictū intelligitur, ita vt tranſactio non niſi prætore auctore fieri poſſit. Cui tamen membro alia quædam Caſtrenſis requiſita adhibet; de quo, vt hic diſputemus, neceſſe non eſt.

Ita in vtroq; mēbro hoc, hominis ſcilicet nobilioris & vilioris, partim expeſſe loquitur, partim

per

per argumentũ a cõtrario ſenſu etiã intelligitur *d.§.ſi in annos.* in primo reſponſo, quod ex Guilhelmo deCumo Bartolus,& ex Iacobo Butrigario Albericus de Roſate retulere. Et hãc diſtinctionem ſibi multũ placere, & magis cõmuniter receptam eſſe dicit Iaſ. ibidem, *num.* 1.

Si ex legis † aut naturæ ordinatione proueniant, vt ſunt alimenta liberis debita, (qui noſter caſus eſt) renuntiatio iurata non tenet. *Ita Bald. ibidẽ. Imol. in d.l. ſtipulatio hoc modo. nu. 4.* vbi ait, forte idem eſſe in dote; quum illa videatur loco alimentorum ſuccedere. *Iaſ. Auth. hoc locum num. 8. ad fin. C. collat. Natta d. c. Quamuis. num. 45. Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 10. Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dotis promiſſione. reg. 1. fall. 2. num. 25. Barthol. Socin. reg. filia renuntians fall. 27.* 57.

Quum ergo caſus illi, in quibus, alimentis cum aut ſine iuramento renuntiari poteſt, huc non pertineant: in alimentis autem iure naturæ debitis, renuntiationi locus nõ ſit, rectius Vaſquius de hac materia circa limitationes meminiſſet, quod & facit *d. §. 18. num. 147.*

Sexto † ampliatur, vt renuntiatio iurata teneat, etſi poſtea facultates 58.

patris augeantur, & quod huius conſequens eſt, filia renuntians, habito reſpectu ad tempus mortis patris, integram legitimam e non habeat. Nam propter iuramentum plus petere nequit. *Ita Vaſq. ibi nu. 78.* vbi ample de hac materia diſſerit, *Idem de ſucceſſ. reſolut. ad l. ſi quando* §. *illud. num. 47.* & hanc comunem, *Zaſ. in d. l ſtipulatio hoc modo. nu. 28. verſic. prædictam concluſionẽ.* magis comunem etiam dicit, & ſequitur *Didac. Couarru. d. c Quamuis. part. 3.* §. 1 *num.* 2. *Dd in l. pactum. ibi Alex. num. 9. C. collat.* Quam & Electoratus Saxonię ſequitur, vt *eſt conſtitut. part. 2. tit. 35. Ioach. a Beuſt. l.* 1. *nu. 231. ff iureiurãd. Craſſ. lib. recept. ſent.* §. *legitima. q. 13. not. ſupra num.* 11.

e De ſupplemento legitimæ in terminis ſtatuti, filias dotatas a ſucceſſione excludentis, vide Tiber. Decian. *conſil. 6. lib. 1. conſ. 32. lib. 2.*

Contrarium tenet *Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 266.*

Declara hanc ampliationem, vt non procedat in renuntiatione iniurata. Nã ſi filio data ſit legitima, & paciſcatur de non ſuccedendo: omnino agere poteſt ad ſupplementũ legitimæ: ſi poſtea

ſtea facultates patris augeantur. Ita tenuit *Bart in d.l.ſi quãdo.§.illud per illũ text. C. de inoffic. teſtam.* & hoc verius videri ait *Imol.*[e2] *in d.l. ſtipulatio hoc modo. num* 5. multisq; probat *Zaſ. ibi num. 25. vſq; 28.* veriorem, receptiorem & æquiorem dicit *Graſſ.d §.legitima.verſ.cõtrariã prope fin.* vt etiam annotatũ eſt ſupra partic. 1. fallen.3.

[e2] Imola ita hanc quæſtionem tractat, vt cui parti accedere velit, pro comperto non habeat: Nam & de hac Bartoli, atq; de contraria Iacobi Butrigarii ſententia dubitatiue loquitur. *not. ſupra. num.* 1.

Septimo ampliat *nu.87.* vt † non tantũ in filia, ſed in filio[e3] renũtiante, textus noſter procedat: Comunem eſſe teſtatur *Zaſ in d.l. ſtipulatio hoc modo. num. 28. verſ. prædictã concluſionẽ.* & magis comunẽ dicit atq; ſequitur *Couarr. d. c. Quamuis. part.3.* § 1. *nu.*1. *Guilhel. Benedict d verb. duas habens filias. num. 282. Graſſ § ſucceſſio ab inteſtato. q.* 11. *num.*1. 59.

[e3] Contrariũ tenet Carol Molin. ad Alex. *conſ.* 180. *verb. iurauerit. lib.5. & ſuper addit ſeq. ad fin.*

Octauo † ampliat *nu.86.* in filia minore 25. annis. *Dd. in d.c. quamuis. ibi Natta nu. 27. & Couarru. part.3. in princip. nu. 3. verſic.* 60.

7. dicens eſſe communem omnium opinionẽ. *Ioann. Bologn. d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 85. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. nu 229. Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 11. nu. 2.* Etſi contrariũ viſus ſit ſentire *Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 35. De feud. dat. in vicem leg. commiſſ.* cuius ſententia ſtare non poteſt, vt ex ampliatione ſequente, & fallentia 9. conſtat.

61. Nono † ampliat *nu. 86. prope fin.* vt idẽ ſit in filia impubere, doli tamen capace. *Dd. in d. c. Quamuis. ibi Natta num. 28.* vbi vtriuſq; partis fundamenta refert. *Bart. in Auth. ſacramenta puberum. nu. 9. C. ſi aduerſus vendit.* dicens ita communiter Dd. tenere. *Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 292.* Quæ ſententia iuuatur per elegantem doctrinam *Caſtrenſis in Auth. ſacramenta puberum. num. 8. C. ſi aduerſus vendit.* vbi ille docet, quid ius Canonicum, puta, deciſio textus noſtri ad ius ciuile addiderit. *Simoncell. de decret. lib. 3 tit. 8. num. 139. & 456.* qui hoc dogma declarat poſtea *num. 206. cum ſeqq. not. 1. num. 68.*

Verum hanc ſententiam falſam dicit *Bald. d. l. pactum. num. 2. C. collat.* & contrarium

rium plures alii tenent. Nam etſi communis Dd. opinio ſit, iuramentũ præſtitum ab impubere, doli capace, proximo pubertati, validum eſſe & obligationem inducere. *Matth de Afflict. deciſ. 322. nu. 4. 5.* Aliud tamen dicendũ videtur, vbi & de ætatis defectu ſupplendo, atq; de contractu inualido cõfirmando agitur. Non enim tale iuramentum vtrumq; effectum [f] præſtat, vt videlicet & impuberem puberem repreſentet: & pacto renuntiatiuo robur adiiciat: ſed duplex iuramentum foret neceſſarium: vnum de non contraueniendo [g] ratione minoris ætatis, alterum de obſeruando pactũ, & non contraueniendo quacunq; alia ratione. Hæc eſt communis Dd. ſententia *in Auth. ſacramenta* [h] *puberum. C. ſi aduerſus vendit.* quam ibi probant *Bart. num. 14. Alberic. de Roſat. num. 14. Angel. nu. 2. & reliqui. latiſſime Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 206. vſq; ad fin. illius tituli.* refert & ſequitur *Didac. Couarr. in d. c. Quamuis part. 3. § 1 num. 3. Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 39. fallēt. 13. De feud. dat. in vicem leg. cõmiſſ. Barthol. Socin. reg. filia renuntians.*

ſall.9. plura adduxi ad quartũ requiſitũ *d. Auth ſacram. puberũ.* vbi etiam formã iuramenti ex Alberico de Roſat. practicis propoſui, quam pro omnibus difficultatibus remouendis ſequi poterũt. *At Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib 3. ad d. l. ſi quando. §. illud. num. 39. C. inoffic. teſtam.* teſtatur de impubere doli capace, duas extare comunes opiniones inter ſe cõtrarias, tertiam quoq; dari poſſe, per quam illæ concilientur, quod ſcilicet impubes doli capax mero iure obligetur ex iuramento, ſicut ex delicto, huicq; iuramento ſtandũ ſit, ſi ille reperiatur aut non læſus, aut leuiter læſus: at ſi reperiatur immodice læſus, compellendus ille ſit, in cuius fauorem renuntiauit, vt minori relaxet iuramentum.

f Huic conſiderationi reſponderi poteſt ex traditis per Caſtrenſem *d. Auth. ſacramenta puberum. loco relato.*

g Conſilium ergo eſt, vt puella iuret non venire contra renuntiationẽ ratione minoris ætatis, nec alia ratione, quæ excogitari poſſit. *Ioann. Crot. in repet. l. ſtipulatio hoc modo. num. 53. ff. de verb. obligat. Vide Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. nu. 106. vſq. ad fin.* vbi hanc materiam per octo caſus latiſſime & pulcerrime reſoluit, ad quem in hoc puncto te recurrere oportet.

Breuis

Digitized by Google

BREVIS RESOLVTIO D. AVTH.

SACRAMENTA PVBERVM. C. SI ADVERS. VENDIT.

h Quum huius Auth.cognitio multum lucis textui noſtro adferat,in gratiam Candidatorum iuris,breuẽ hypotypoſin eius ſubiicio. Eſt autẽ materia ſubtilis,profunda, famoſa,prolixa , vtilis,vt *Bart.Corn. Franciſ.Curt. Igneus,Iaſ.*& alii, omnes vno ore ꝓfeſſi ſunt, ideoq; ampliſſimis exornata commentariis Aluaroti , Matthæi de Afflictis & aliorum *in c.item ſacramenta.De pace tenẽda in vſib.feud.*& Cyni,Bartoli,Baldi, Alberici de Roſato,Angeli,Caſtrenſis,cuius lectura & repetitio exſtat,Cornei,Frãciſci Curtii,Ignei, Huberti de Bonenco,Iaſonis & aliorum hic:Ad quorũ doctrinas ex meis regeſtis accedũt in lecturis,Hannibal in repet.*l.nemo.nu.*287 *ff.leg.*1. Canoniſtæ *in c.cum cõtingat.ibi Abb.Imol.Felin. Alc.De iureiur. Dd.in l.ſciendũ.ibi Ioann.Bologn. nu.*204.*ff.verb.obligat.Franc.de Cald.in l.ſi curatorẽ.verb.minoribus.nu.*2.*& ſeq.C.in integr.reſtit. minor.Hugo Donell. in l.ſi quis maior.num.*15.*C. tranſact.*in reſponſis, *Bart.conſ.*101.*nu.*7. *Caſtr. conſ.*53.*nu.*4.*cõſ.*305.*lib.*2.*Corn.conſ.*36.*nu.*9.*lib.*2. *Dec.conſ.*31.*nu.*2.*conſ.*181.*nu.*4.*conſ.*639.*nu.*1. *Marian.Socin.Iun.conſ.*47.*num.*11.*lib.*4.*Rolan. a Vall.conſ.*59.*num.*6.*lib.*1.*Pariſ.conſ.*96.*nu.*95. *lib.*1.*Andr.Alciat.conſ.*33.*nu.*3.15.*lib.*2.*Ioann. Cephal.conſ.*34.*num.*11.*conſ.*207.*num.*65.*conſ.* 208.*nu.*8.*conſ.*234.*nu.*3.*conſ.*405.*nu.*31.*conſ.* 466.*nu.*26.*&* 38.*Iacob.Menoch.conſ.*1.*nu.*324. *conſ.*29.*lib.*1.*Hieron.Schurf.conſ.*17.*nu.*6.*cent.* 1.*Elbert.Leonin.conſ.*3.*num.*7.*Matth.Weſenbec.*

62.

*conſ.23.num.27.*in tractatibus, *Tiraquell.de iure primogen.q.26.nu.6.q.28.nu.2. Marc. Mant. de maior.14.annor.efficaciter obligan. Roy.de ſucceß.cap.9.num.14.Ioann.Dilect.de arte teſtandi tit.8.caut.5.Caſtald.de imperat.q.73.nu.3.Vaſq. de ſucceß.creat.lib.1.§.10.nu.648. Sfort.de reſtitut.in integr.part.2.q.58.art.2.num.20. & q.65. art.7.num.22.*in deciſionibus, *Matth.de Afflict. deciſ.322.num.1.deciſ.393.num.11. Cacheran. deciſ.172.num.20.*in regulis, *Gabr.Roman.lib.2. recept.concluſ.tit.de minorib.concluſ.2.& lib.3.tit. de iur.dot.concluſ.1.num.30. Simoncell.de decret. lib.3.tit.8.num.135.vſq; ad fin.*in remiſſionibus, *Seilerus fol.171.fol.302.fol.308.Alphanus nu.216.*

63 Verus † autem & practicus ſenſus Nouellæ huius,& eorum,quæ de ea interpretes diſputarunt intelligentia,a ſequentibus capp. depēdet.

Primo cognoſcenda erit hiſtoria iuris de iuramento,quā tradidit *Caſtr. in lectura hic nu.* 8. *Corn. num.32.*

Secundo pro caſus poſitione notanda occaſio,qua Fridericus I.Imperator permotus,hanc Nouellam edidit, vt fecit *Caſtrenſ. hic in repet. ante num.*quum hoc pacto ad intellectum Nouellæ via aperiatur.

Sciendum ergo,ſi minor res immobiles ſine decreto iudicis & curatoris auctoritate alienet, contractum nullum eſſe,minore volente. Si autem iudicis decretum & auctoritas curatoris interueniat,contractum quidem validum haberi,minorem autem læſum in integrum reſtitui poſſe. Hinc inter Bulgarum & Martinum de ſententia & intellectu *l.1.C.ſi aduerſus. vend.*

controuerſia exſtitit: quum textum ille in iuramento interpoſito ſuper contractu valido, cui videlicet decretum iudicis & auctoritas curatoris interueniſſet: hic autem in iuramento interpoſito ſuper contractu inualido intellexerit. Hanc ergo quæſtionem Imperator Fridericus decidit, Martini ſententia, (quod videlicet iuramentum minorem maiorē repręſentet, & conſequenter curatoris & decreti defectum ſuppleat) approbata.

Hanc expoſitionem ſequitur gloſſa, & cum ea errat totus mundus. Quicquid enim ſit de iure, de conſuetudine ſeruatur ſententia Martini erronea, vt dicit *Cyn. num.* 4. *Bart. num.* 4. 5. *Alberic. de Roſat*. Scribens hanc communem, *Salycet.* qui refert fundamenta Bulgari, eaq; diluit, & Martini ſententiam practicari ait ab vniuerſo mundo. *Corn. num.* 1. 22. 23. *Igneus num.* 1. *vſq;* 7. *& rurſum num.* 24. *vſq;* 41. vbi vtriuſq; ſententiæ rationes ponit, & Martini cōmunem opinionem vbiq; de conſuetudine affirmari teſtatur, quando non ſunt ſtatuta in oppoſitum. *Iaſ. num.* 1. 36. qui idem affirmat. *Gabr. Roman. lib.* 2. *recept. concluſ. tit. de minorib. concluſ.* 5. *ampliat.* 9. *num.* 20. *Turzan. in tract. commun. opin. num.* 106. *plures pro hac adducit Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 137. vbi hanc communiter ab omnibus receptam dicit. *Franciſ. de Cald. in l. ſi curatorem. verb. minoribus. num.* 2. 3. *C. de in integr. reſtitut. minor.* qui teſtatur Martini intellectum communiter receptum & approbatum a Doctoribus.

Contrariam ſententiam defendit Bulgarus, quod minori iuranti, beneficium iuris ſpecialis ſolummodo atq; ætatis, (puta reſtitutionis) non autem iuris communis (nullitatis videlicet contractus) ademtum eſſet. Statuit ergo iuramento minoris non ſuppleri decreti & curatoris auctoritatem. Cuius ſententiæ fundamenta, vt iam memini, referunt Salycetus & Igneus locis relatis, Simoncell. *de decretis lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 133. *cum ſeqq.* Et qui Bulgarum tuentur, fabulam eſſe dicunt, quod Martinus cum illo, coram Imperatore Friderico, hac de re diſputarit: & Martini ſententia ab Imperatore per publicationem huius Nouellæ approbata ſit. Ita enim ſcribit *Cyn. d. Auth. ſacramenta puberũ. nu.* 4. vbi addit: hanc conſtitutionem multos, qui minores ad iurandum induxerunt, ad infernum miſiſſe, & plures ad inopiam deduxiſſe: Canoniſtas autẽ acerbitati eius duos caſus addidiſſe, in quibus factũ etiam cum iuramento fuerit inualidũ iure ciuili: in alienatione videlicet fundi dotalis, & in pacto ſucceſſionis renuntiatiuo. Quum autem Martini intellectus ad hunc textũ, per conſuetudinem a toto mundo approbatus ſit, ſe aliud facere non poſſe, quam vt clamet contra tales iniquitates. Sed & Albericus de Roſate, ſe ex conſiliario quodam Henrici ſeptimi [1] audiuiſſe, teſtatur, quod Imperator ille propter frequentes querimonias hanc Nouellam denuo ſuſtuliſſet, niſi morte fuiſſet præuentus. Referunt alii ibidem atq; *Aluarot. d. §. item ſacramenta. num.* 2.

[1] *Ita meum exemplar habet, quũ tot Henrici non fuerint. Apparet autẽ Albericũ a Roſate de Henrico ſexto loqui. Ab aliorum enim Caſarum, quorũ idem nomẽ, imperiis, lõgius abfuit, quã vt per naturam illorũ conſiliariis notus eſſe potuerit.*

Cui

Cui tamen difficultati hodie partim ſtatutis prouiſum eſt, partim aliter prouideri poteſt, vt poſtea videbitur.

Sunt autē præſtantes Iuriſconſulti, qui vtrūq; intellectū Bulgari videlicet & Martini damnāt: & Nouellam Friderici de obſeruantia iuramēti tantum, non autē de contractus confirmatione diſponere contendunt: inter quæ longū diſcrimen eſt. Plurimum enim differunt, vtrū dicatur iuramentū firmare[k] contractū, an vero dicatur ſeruari debere iuramentum, & nihil diſponatur ſuper confirmatione contractus, quemadmodū faciunt Nouella hæc & quatuor textus iuris Canonici, puta *c. cum contingat 28. De iureiur. c. licet. eod. tit. in 6. c. ſignificante 7. de pignor. & textus noſter hic.* Diſponunt enim iuramentum ſeruari debere, quum poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ: Sed non dicunt, quod validetur, vel non validetur contractus.

Cuius † quidem inueſtigationis effectū quadruplicem tradunt. Nam vbi contractus non firmatur iuramento, ſed iuramentum tantum obſeruandum eſt: ſequitur (1) quum iuramentū perſonale ſit, mortuo minore, heredem eius (2) imo & ipſumet minorem poſtquam impleuit, contrauenire,[l] & (3) rem ſine decreto alienatā, quæ ad extraneum non habentem cauſam ab emtore peruenit, vendicare, Imo (4) & ante implementum, ceteris paribus relaxationē iuramenti obtinere poſſe. Hęc fuit ſententia Rhaphaelis Cumani, aut potius præceptoris eius Chriſtophori Caſtillionei *l. ſi quis p eo. ff. fideiuſ.*

[k] *Ad quæſtionē, quādo iuramentum firmet contractum alias inualidū, aut ſolū iuramentum ſit ſeruādum, vltra Dd. hic vide* Bart. *in l. ſi quis pro eo. in princ ff. de fideiuſ.* Bald. *in c. cū contingat. ibi Alciat. & reliq. ext. iureiur. Couarru. ad text. noſtrū par. 2. quaſi per tot. Hierony. Schurf conſ. 17 nu. 14. cent. 1.*

66.

[l] *Caſus eſt in c debitores. vbi Canoniſtæ de iureiur. Ioan. Gutt. de cōtract. iur. c. 2. n. 1. cū ſeq*

quã legendo ſequuti ſunt *Porc. in §. extraneus. Inſtitut. hered. qualit. & differ. Iaſ. hic in Auth. ſacramenta puberũ. nu. 36. cũ ſeqq. ibi Ioann. Igneus num. 1. cum ſeqq & nu. 24. cum ſeqq. Fortun. Garc. de vlt. fine iur. num. 310. cum ſeqq.* vbi Iaſonem irridet, quod propter textum noſtrum [m] de hoc intellectu aliquatenus dubitarit. Optime & pulcerrime *Alciat. in c. cum contingat. num. 116. vſq. 133.* vbi nõ modo affirmat, hanc ſententiã, optime defendi, ſed & cõtrariã ſententiã, quod cõtractus firmetur, nõ ita de facili obtineri poſſe, quum vltra Dd. quos ibi *nu.* 116. retulit, plures *ſub nu.* 131. adducat: etſi inter caſum illius & noſtræ decretalis nonnihil diſcriminis ſit, vt & ipſe obſeruauit. *Franc. de Cald. d. verb. minoribus. nu.* 3. & hunc intellectum nouiſſime conſulendo amplexus eſt *Elbert. Leonin. conſ. 3. nu. 7,*

[m] *Textus noſter clare meminit de pacto iuramento firmato, & dicit id omnino ſeruari debere. Propter hunc textũ dicit Iaſon ſe aliqualiter dubitare. Reſpondet ad hunc textũ Fort. Garc. quod textus enim dixit, referri ad factum, & ad effectum, non ad ius. Adde reſpõſionẽ Alciati in d. c. cũ contingat. num.* 119.

Verum quicquid fiat legendo, omnes ingenue fatentur, a communi ſententia Martini in iudicando & conſulendo nõ eſſe recedendum. Ita enim *Iaſ. Igneus, Franciſc. de Cald. locis relatis* tradidere.

67\. Ex † communi ergo & recepta Martini ſententia infertur per Nouellam [n] hanc, textum *l. 1. C. eod.* confirmari, ampliari, & reſtringi. Confirmatur, quo ad iuramentorum obſeruationem: Ampliatur & declaratur, quatenus ſecundum Martini ſententiam procedit, in contractu tam valido quam nullo: item, quatenus *d. l. 1.* tantum in contractu venditionis, textus autem Authenticæ in omni contractu loquitur. Reſtringitur duobus modis: 1. quum ad iuramenti validita-

[n] *Aliqui tradiderunt Auth. ſacramenta puberũ, venire ad correctionẽ tot. tit. ff. & C. de eo quod met. cauſ.*

validitatem pubertatē Nouella requirat, quod *in d. l.* 1. expreſſum non erat. 2. & iuramentum ſponte præſtitum exigat. *Dd. ad d. Auth. ſacramenta puberum. ibi cumprimis Caſtrenſ. num.* 1. *Franciſc. de Cald. loco relato num.* 2. *vbi geſta per metū tenebant, ſed retractantur per edictū, quod metus cauſſa: At hodie metu vel vi geſta nulla eſſe. Hanc ſententiam Dd. improbant, & merito quidem. Intelligimus enim textū hunc in ſuo caſu, in quo ſpeciale eſt, vt ſacramentum per vim extortum, nullum ſit. Cyn. num.* 2. 3. *ibi Alberic. de Roſat. Caſtr. num.* 5. *qui tamen recte monuit, iure Canonico tale iuramentum non eſſe nullum, ſed petendam fore relaxationem quæ eſt communis, vt teſtatur Alciat. d. c. cum contingat. num.* 15 *& ſeqq. vbi declarat. Simoncell, de decretis. lib.* 3. *tit.* 8. *nu.* 174.

Tertio † notāda erunt requiſita, quæ neceſſaria ſunt ad hoc, vt deciſioni Nouellæ huius locus ſit. 68.

I. Requiritur, vt iurans pubes ſit. o *Dd. in* §. *item ſacramenta. ibi Iacob. Rauen. & Aluarot. num.* 4. dicentes hanc eſſe communem ſententiam Legiſtarum, quod non ſufficiat iurantem doli capacem eſſe; refert & Angelum Aluarotus atteſtantem, quod ita Bononiæ ſit iudicatum. *Matth. de Afflict. num.* 8. Ita gloſſa ad d. *Nouellam, ſacramenta.* & ibi Petrus exigunt completam pubertatem de momento ad momentum; quod probat *Cyn. num.* 10. *Alberic. de Roſ. num.* 7. *Angel. num.* 1. *Caſtr. in lect. num.* 6. magis communem dicit *Gabr. Roman. lib.* 2. *recept. concluſ. tit. de minorib. concluſ.* 5. *fall.* 4. *num.* 39. *Pariſi. conſ.* 96. *nu.* 49. *lib.* 1. *Menoch. conſ.* 1. *nu.* 324. *& conſ.* 29. *nu.* 37. *lib.* 1.

o *Etſi pubertas multis modis dicatur, tamen ſecundum omnes hic accipitur pubes pro maiore* 14. *annis, ſi eſt maſculus, &* 12. *annorū, ſi eſt fœmina. Alberic. de Roſ. num,* 7.

Etſi autem hæc alta quæſtio ſit, vt per Caſtaldum *in tract. de imperat. q.* 73. *num.* 3. Contraria

tamen ſententia, quod ſufficiat iurantem doli capacem & pubertati proximum eſſe, id eſt, decimum annum cum dimidio compleuiſſe, veriſſima eſt de iure Canonico, *Salyc. d. Auth. ſacramenta. num. 9.* quam ibidem tenent *Bart. & Corn. num. 8. Franciſc. Curt. num. 17. cum ſeqq.* vbi relatis vtriuſq; partis opinionibus, hanc tenendam dicit. *Syluan. qui plures adducit, de feud. recognit. q. 55. num. 3 Gabr. Roman. d. concluſ. 5. num. 39. verſ. contrarium. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8 ampl. 1. num. 139. Corn. conſ. 36. num. 9. lib. 2. not. ſupra num. 61.*

69. II. Requiritur † vt pubes ſponte iuret, text. *in d. § item ſacramenta. vbi Feudiſtæ & Rauenn. Aluarot. num. 2. Dd. hic Auth. ſacramenta.*

III. Requiritur corporale iuramentum. Nam hæc Authentica venit ad declarationem d. *l.* 1. Ergo eodẽ modo declaranda erit: At illa in iuramento corporali loquitur. *Aluar. d. c. itẽ ſacram. nu. 4.* qui tria huius opinionis fundamẽta adducit: idéq; *ibi Iſern. Bald. & Rauenn.* ſenſere. *Cyn. d. Auth. ſacram. puberũ. n. 7. & 9. Bart. n. 8. Salyc. n. 4. Angel. nu. 1. Corn. nu. 3. & 4.* qui ſcribit omnes Legiſtas vſq; ad Bartolum requirere tacturam, *plura cumulat Gabr. Roman lib. 2. recept. concluſ. 5. limitation. 3. nu. 34. cum ſeqq. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. fall. 24. num. 187.*

Etſi autem aliqui hic differentiam inter ius ciuile & Canonicum ſtatuant, vt *Ioann. Fabr. d. Auth. ſacramenta puberum. ibi addit.* quæ dicit, in modo iurandi aliud de iure ciuili & aliud de iure canonico eſſe, pro reſolutione autẽ ſpectandam

dam conſuetudinem: Tamen tutior & melior ſententia eſt, quod indiſtincte iuri Canonico ſtandum ſit: quam amplexus eſt *Iacob. de Beluiſ. d. c. item ſacrament.* ſub dubio tamē forte, *ibidem Afflict. nu.* 14. *vſq;* 35. vbi poſt longā diſputationē addit: materiā hanc iuramenti eſſe periculoſam: quū tractetur de ſalute animæ: ideoq; ſe tenere cum Canoniſtis. *Imol. in c. cum contingat.* ad quē reliqui prouocant. *ext. iureiu.* qui dicit, totā vim *l.* 1. & *Auth. ſacram. puberū.* in periurio ſtare: ergo idem iure ciuili quod iure canonico dicendum: quam veriorem videri ait *Corn. d. Auth. ſacram. puberum. nu.* 3.4. vbi ſcribit, etſi iure ciuili tenendū foret, quod tactura neceſſaria ſit: quū gloſſæ & omnes fere Dd. hactenus conueniant: Tamē de iure canonico tenendū, quod iuramentum ſufficiat, & hoc ſeruandum & in foro imperii, & foro ſeculari, *per c.* 2. *de iureiur. in* 6. Et ideo parum prodeſſe, vt inueſtigetur, quid de iure ciuili dicēdū, niſi quo ad infideles & Iudęos, &c. Eandem veram dicit, & refutatis tribus fundamentis, in oppoſitū allegatis rationibus firmat Hannibal de Bonenco *d. Auth. ſacram. puberū. nu.* 14.15. quod videlicet 1. ratio deciſiua *d. l.* 1. & *Auth. ſacramenta puberum.* eadem ſit: 2. quod textus Nouellæ non diſtinguat: 3. & iuramentū ſimplici verbo præſtitum iuramentum ſit, &c. Si iuramentum eſt, ſeruandum erit, quoties ſine æternæ ſalutis diſpendio ſeruari poteſt: quum DEVS inter verbale & corporale iuramentum non diſtinguat, quod proculdubio inuictum pro hac ſententia fundamentum eſt. *not. ſupra num.* 24.25.

Digitized by Google

p *Accipienda eſt Authentica noſtra de contractu invalido ratione minoris ætatis: nõ in aliis, niſi iuretur, quod nolit venire contra ratione ætatis vel alia ratione. Bart. num. 14.*

IV. Requiritur, vt contractus reprobatus ſit fauore perſonę: quo caſu hęc Authentica p perſonam habilitat, & ſecundum communem Dd. ſententiam minorem maiorem repræſentat, vt contractus eo loco ſit, ac ſi cum maiore celebratus foret. Secus vbi contractus eſt reprobatus iure communi in perſona maiorum: Nam tunc ceſſante deciſione huius Authenticæ, textus *l. non dubium, C. de legib.* obtinet, vt videlicet reprobato principali, etiam iuramentum tanquam acceſſorium concidat. Ergo tunc recurrendum erit ad Bartolum *l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ.* Ita tradunt Feudiſtæ *in d. c. item ſacramenta. ibi Aluarot. num. 5. Matth. de Afflict. num. 1. Dd. in d. Auth. ſacramenta puberum. ibi Bart. nu. 14. pulcre Alberic. de Roſ. num. 12.* qui ait, ex hoc iuris principio multas quæſtiones eſſe ſopitas, & inprimis illam, ſi minor enormiſſime læſus ſit: Hoc namq; caſu iurantē non impediri, quo minus contraueniat, noſtri tradunt, puta, *Aluarot. d. c. item ſacramenta. num. 6. Matth. de Affl. nu. 2. & reliqui. Dd. d. Auth. ſacramenta puberum. ibi Bart. Alberic. de Roſ. num. 12. Salyc. num. 22, & reliqui. Ioann. Roy. de ſucceſſ. cap. 9. nu.* 14. dicens hunc eſſe optimum intellectum ad textum d. *Auth. ſacramenta puberũ. & ad textum noſtrum hic, ſimiliaq; iura. Ioann. Hannibal ad l. nemo. nu. 287. ff. legat. 1. Alciat. conſ. 33. num. 15. lib. 1. Cephal. conſ. 208. num. 8. conſ. 405. num. 31. Iacob. Menoch. conſ. 29. num. 39. lib. 1. Hieronym. Schurf conſ. 17. num. 7. Cent. 1.*

Verum quia latiſſimus hic articulus iuris eſt, iurium

Iurium Candidatos ad Simoncell. remiſſos volo, qui *lib.3. de decret. tit. 8. num. 206. vſq; ad fin. illius tituli*, per octo caſus punctum hunc dilucide & eleganter reſoluit.

Quarto † loco cõſtituenda erit regula ex textu d. *Auth. ſacramenta puberum*, quam ex ſententia Martini ponunt omnes ibi, & Feudiſtæ *d. c. item ſacramenta. aliijq; locis ſupra relatis*: Quod iuramentum minorem maiorem repræſentet, & conſequenter iudicis curatorisq; auctoritatem ſuppleat. 71.

Quinto † loco videndum erit de extenſionibus ad textum. 72.

Ampliat autem textum Nouellæ huius *Curt. num.* 60. Ego Candidatos iurium ad Gabr. Roman *lib. 2. recept. concluſ. tit. de minorib. concluſ. 2.* vbi regulam præcitatam 18. & iterũ ad Simoncell. remiſſos volo, qui *in ſuo tract. de decretis, lib. 3. tit. 8. num.* 139. *vſq;* 164. viginti modis ampliauit: In quibus locis omnia, quæ apud Dd. ſparſim exſtant, optimo ordine digeſta ſunt.

Vltra † illum amplia 21. Nam text. Nouellæ dixit, iuramenta inuiolabiliter eſſe cuſtodienda. Quæ tamen ſententia aliquot caſibus, puta, (1) abſolutionis, *Corn. d. Auth. ſacramenta puberum, num.* 93. *vſq;* 109. *ibi Curt. num.* 71. (2) ſtatutorum, qualia Papiæ, Patauii & Parmæ ſunt) *Bart. d. Auth. ſacramenta puberum. nu.* 15. *Bald. num.* 5. *vbi late Salycet. nu.* 26. *Angel. nu.* 2. *Caſtr. in lect. num.* 11. *& in repet. nu.* 20. *cum ſeqq. Corn. num.* 109. *vſq;* 116. *Curt. num.* 71. *Igneus nu.* 44. *cum ſeqq. nu.* 76. *cũ ſeqq. Humpert. de bon. nu.* 126. 73.

Digitized by Google

Iaſ.nu.80.cum ſeqq Bart.in d.l.ſi quis pro eo.nu.9. ff.fideiuſſ. Aluarot.d.c.item ſacramenta.nu.2. vbi hanc longã materiam eſſe dixit.ibidem Matth. de Afflict.nu.48. Alciat. omnium latiſſime in c. cum contingat.num.138.vſq; 170.ext.iureiur. Gabr. Rom.lib.2,recept.concluſ.tit.de iureiur.concluſ.5. num.14. cum ſeqq. & tit. de minorib.concluſ.5. fallen.2.num.33.Simoncell.de decret. lib.3.tit.8. nu.156.ampliat.16.& nu.165.cum ſeqq.limit.2. 3.4.5.Caſtr.conſ.53.viſis actis.num.4. lib.2.conſ. 305.Notandum.nu.2.ad fin.lib.2. Ioann.Cephal. conſ.466.nu.38.39. (3) iuramenti præcedentis de non alienando, *Corn.d. Auth.ſacram.puberũ. num.116. Igneus num.56.* & dixi infra fallen. 4. ad textum noſtrum, (4) & teſtamenti paterni non procedit. *Ioann.Dilect.de arte teſtandi,tit.8. caut.5.nu.2.* Hiſce enim modis incom̃oda illa, quæ tantopere Cynus vrget, præcaueri poſſunt.

Deinde ad ampliationem 18. Simoncelli notabis, pleroſq; quidem ita ſentire, quod iurans teneatur, etſi de beneficio iuris certioratus non ſit, vt ſenſere ad Auth. noſtram *Alberic. de Roſ.num.9.10.11.* vbi dicit, ſe vidiſſe contractus minorum haberi pro validis, etiam nulla facta certioratione. *Salycet.num.20.Curt.nu.40.cum ſeqq.* qui magis communem dicit. *Caſtrenſ.in lectur.num.12.in repet.num.1.2.3.4. Igneus nu.49. cum ſeqq.Iaſ.nu.54.cum ſeqq.* Quum tamen iuramentum amplius non operetur, niſi quod minorem maiorem repræſentet, & ſponte atq; ex certa ſcientia præſtandum ſit: adeo quidem vt erranti & ignorãti ſuccurratur: hinc expertorũ

Aduo-

Aduocatorum conſilium eſt, vt pro remouendis omnibus difficultatibus, in cõtractu ſic dicatur: Talis ꝓfitens ſe puberé, védidit Sempronio tale prædium, ſponte, & ex certa ſcientia, prius certioratus de forma *Auth. ſacramenta puberũ.* & iurauit ad ſancta Euangelia, corporaliter tactis ſcripturis, ſe ſeruaturum contractum inuiolabiliter, & non contrauenturũ beneficio minoris ætatis, minoris pretii, vel aliquo alio modo vel iure, quod dici aut excogitari poſſit. Ita *Alberic. de Roſ.* dicit, ſe ſæpe practicaſſe, *num.* 11. *&* 14. *Angel. num.* 2. *Ioann. Crot. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 53. *ff. verb. oblig. latiſſime Simoncell. de decret. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 206. *vſq; ad fin.*

Sexto † & vltimo videndum de exceptionibus ad regulam præcitatam. Collegit autem limitationes 4. *Alciat. in c. cum contingat. num.* 133. *vſq;* 138. *ext. iureiur.* 14. *Franciſc. Curt. in d. Auth. ſacramenta puberum. num.* 61. *vſq; ad fin.* & totidem *Gabr. Roman. lib.* 2. *recept. concluſ. tit. de minorib. concluſ.* 5. habet, plures, puta 35. adducit *Simoncell. de decret. lib.* 3 *tit.* 8. *nu.* 164. *vſq;. ad fin.* 74.

Trigeſimo ſexto limita in iuramento de præſenti vel præterito. *Bart. conſ.* 101. *num.* 7. cuius deciſionis rationem require apud *Sfort. in tract. de reſtitut. part.* 2. *q.* 65. *art.* 7. *num.* 22. Verum hæc coincidit cum ſexta Gabrielii Romani, & Simoncelli 17. fallentia.

Trigeſimo ſeptimo limita. Nam minores comparantur maioribus (in terminis Authenticæ noſtræ) quo-ad obſeruantiam contractus,

non quo ad pœnæ æqualitatem, ſi contrauentum ſit. *Hugo Donell. l. ſi quis maior. num. 15. C. de tranſact.*

Ad hanc ergo breuem & ſummariam ampliſſimæ huius materiæ digeſtionem qui animũ attenderint, eos de difficultatibus omnibus, quæ in praxi incidere poſſunt, facile ſeſe expedituros eſſe nihil dubito.

75. Decimo † ampliat *nu. 86.* vt idem ſit, etſi filia renuntians de legis ciuilis prohibitione non certioretur. ¶ Nam iuramentum eſt loco certiorationis, vel ſpecialis renuntiationis. *Ita ſenſere Archidac. Ioann. Andr. & Gemin. hic. ibi Natta num. 78. cum ſeq. & Matth. Boys in addit. poſt num. 135.* dicens ita iudicandum & conſulendum. *Couarru part. 3. §. 1. nu. 4. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 260. vbi limitat & declarat, plurima adducit Gabr. Roman. lib. 2. recept. concluſ. tit de iureiur. concluſ. 3. & Ioann. Cephal. conſ. 405. num. 42. Tiber. Decian. conſ. 39 num. 74 75. lib. 2.*

¶ Non ſolum ſponte, ſed & ex certa ſcientia iuramentum pręſtandum eſt: quum erranti ſuccurratur. Hinc diſputant Dd. num iurare volens certiorandus ſit de conſtitutione iuris, quemadmodũ mulier certioratur de Velleiano, *not. ſupra num. 73.*

Subamplia idem eſſe etſi minor de bene-

beneficio reſtitutionis nõ certioretur, ita communis eſt, vti teſtatur *Aluarot. c. item ſacramenta. num. 4. de pac. iuram. firm.* & ita communiter ſeruatur, teſte Bartolo *in Auth. ſacramenta puberum. num. 16. idem Bart. l. ſciendũ. nu. 8.* vbi tamen conſulit, vt certioratio fiat. *ff. verb. oblig. ibi reliqui. Felin. c. ex reſcripto. nu. 16. ext. iureiur. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 159. cum ſeqq. & num. 205.*

Declara I. ſi conſuetudini alterius ciuitatis, quã quis ignorat, renũtietur. Nam de ea, filia renuntians eſt certioranda. *Marian. Socin. Iun. conſ. 20. num. 21. lib. 4.* 76

Declara 2. Nam licet enormiſſima læſio dolo ex propoſito in hac materia parificetur, vt ſupra requiſito 8. & infra ampliatione 23. tactũ eſt: Tamẽ quum hæc æquiparatio, ceteris paribus, tantum obtineat, quando renuntians habet ignorantiam damni tempore iuramenti: ſecus ſi ſciat: Hinc ergo ſequitur, renuntiantem certiorandũ a Notario, & de iuribus ſibi competẽtibus, & quam pinguis hereditas ſit, cui eſt renuntiandum: quo facto æquiparatio

prædicta ceſſabit: ea ratione, quod ſcienti dolus non inferatur. *Franciſc. Curt. Iun. conſ.* 141. *num.* 16. *Ioann. Fichard. conſ.* 54. *num.* 2. *lib.* 1. quod maxime in muliere & minore verum. *Vital. in tract. clauſul.* §. *fin. num.* 17.

77. Vndecimo † ampliat *num.* 88. in filia tam emancipata, de qua *Odofred. & Dd.* communiter *textum d. l. pactum. C. de collat.* intelligunt. *Crot. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 77. *ff. De verb. obligat.* quam ſub patria poteſtate conſtituta. *Dd. in d. l. pactum. ibi Dec. num.* 1. *C. collat. Couarr. d. c. Quamuis. part.* 3. § 1. *num.* 5. *Crot. d. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 77.

78. Duodecimo † ampliat *ſub num.* 92. vt deciſio textus procedat, ſiue renuntiatio fiat ante receptam dotem, ſiue in receptione dotis, ſiue poſtea: item, ſiue fiat, dum nuptui traditur, ſiue ante, ſiue poſt. Nec obſtat, dum textus dixit, nuptui tradebatur, &c. Sic enim fuerat ipſi Papæ expoſitum: Textus autem fundatur ſuper iuramento. Ita hic tradunt *Ioann. Menoch. Archidiacon. Ioann. Andr. & Gemin. nu.* 3. *Philipp. Franc. ante num. Didac. Couarru. part.* 3. §. 2. *num.* 1. *Gabr.*

Digitized by Google

Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de iure dotis, reg. 1. ampl. 2. num. 4. Guilhel. Benedict. d. verb duas habens filias. num. 260.

Ampliat XIII. † *ſub nu. 93.* vt procedat in filia renuntiante, tempore quo vult religionẽ profiteri. Quum enim ratio textus noſtri in hoc quoq; caſu militet: deciſio quoq; merito obtinet. Et hanc magis communem dicit, atq; refutatis tribus rationibus contrariis, probat *Didac. Couarr. d. c. Quamuis. part. 3. §. 2. nu. 2 3. 4. 5. Fachin. cõtrouerſ. iur. lib. 3. cap. 22. Graſſ. d. q. 11. num. 3.* maxime quum ingreſſura religionẽ, maiorẽ renũtiandi habeat facultatem: & ob paupertatis profeſſionẽ de læſione queri nõ poſſit. *Zaſ d. l. ſtipulatio hoc modo n. 38. verſ. Quarto fall. Cephal. conſ. 146 nu. 26. cum ſeqq.* Quã tamen ampliationẽ declara, vt *per Ioan. Bologn. in l. fin. num. 106. & num.* 114. *C. pact.* 79.

Deniq; paciſcentibus conſulit *Cagn. in d. l. fin. nu.* 115. *C. de pact.* vt ad euitandas omnes diſputationes cũ conſenſu Monaſterii paciſcantur. *idẽ docet Alciat. n. 67.*

Ampliatio XIV. † *ſub nu. 97.* eſt de ſtatuto, monachos excludẽte a ſucceſſione: poteſt enim pactũ negatiuũ ſtatuto 80.

aut

aut conſuetudine comprobari, *Alciat. h.num.67.* cui auctoritates ſupra partic. 1. fallen.6. relatas coniunge.

Ampliatio XV. *ſub num.100.* eſt de opulentiſſima hereditate.

81. Ampliatio XVI. *ſub num.103.* etſi † filia renuntians dotis nomine nihil omnino acceperit. Nam adhuc a iure ſucceſſionis excludetur: [r] quam communem ille & veram dicit, & ita ſenſere *Dd. hic ibi Natt. num. 36.* qui vtriuſq; partis rationes habet, *& addit. ad eum, poſt num.65. verſic. ſecundo ſi nullam dotē. Didac. Couarru. part.3. §.2. nu.6.* qui eandē communem dicit, & probat ſub duabus limitationibus. *Dd. in d.l. ſtipulatio hoc modo. ibi Imol. num.4.* dicens pactum valere, licet renuntians non habuerit dotem, quum adhuc eam petere poſſit, neq; videatur renuntiaſſe iuri ſe dotandi *per l.fin. C. dot. promiſſ. & l. qui liberos 19. ff. ritu nupt. ibidem Alex. nu.9. Ioann. Bologn. nu.83. 84.* qui diſtinguit: magis communem eſſe teſtatur, & ſequitur, *Gabr. Rom. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dot. promiſſ. concluſ. 1. num. 24. Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10. num.5. late Pariſ. conſ.26. num.69. lib.3.*

r Hanc

1 Hanc nouiſſime etiam probat, & veriorem et communiorem eſſe teſtatur *Fachin. controuerſ. iur. lib. 3. cap. 24.*

Contrarium autem tenent *Richard. & Salyc.* vt teſtatur *Ludouic. Roman. l qui ſuperſtitis. nu. 1. & 2. ff. acquir. hered. Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. nu. 23. fallen. 3. de feud. dat. in vicem leg. commiſſ.* Nam ſi filia non eſſet dotata, eſſemus extra formam *d, c. Quamuis.*

Loquitur enim textus cum illa qualitate, quod dote contenta ſit. Ergo ſi qualitas iſta non concurrit, non videtur habere locum diſpoſitio: Hæc fuit ſententia Ancharani hic & *conſ. 39. nu. 2. Anton. de Petrut. repet. l. 1. num. 105. ff. iureiur. Ioann. Crot. repet. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 37.* vbi quinq; huius opinionis fundamenta refert: quam poſt multos ſequitur, & veriorem dicit *Dec. d. l. pactum. num. 7. verſic. ſecundo limitatur. C. collat.* probat *Zaſ. noſter in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 36. fallent. 3.* hanc veriorem dicens *Barthol. Socin. reg. filia renuntians. fallen. 33. Molin. ad Alex. conſ. 180. lib. 5. Andr. Gail. obſer. pract. lib. 2. obſeruat. 147. num. 13.*

Deinde filia renuntians, quæ plane nihil accepit, enormiſſime læſa dici-

tur. *Vincent. Franch. deciſ. 119. num. 4.*

Verum Ludouic. Roman. priorem magis comunem ſequitur: pactum renuntiatiuum quidem valere, ſed propterea filiam a dote non excludi, ſi illa ſuccedat legirimæ: [f] idq; probat argumento a ſtatuto excludente fœminã, ad pactum renuntiatiuum ducto *Natta d. c. Quamuis. num. 45. & præcitata addit. poſt num. 65. Gabr. Rom. d. reg. 1. nu. 25. Guilhelm. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 293. 294.*

[f] Dos præſeruata a ſtatuto non ſurrogatur legitimæ, & minor legitima eſſe poteſt, latiſſime *Tiber. Decian. conſ. 6. num.* 17. 18. *cum ſeqq. & nu.* 75. *lib.* 1. Imo etiam iure communi verum non videtur, quod dos neceſſario aſcendere debeat vſq; ad legitimam. *Tiber. Decian. conſ.* 32. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Et vt maxime iure comuni dos minor legitima eſſe nequeat: tamen aliud eſt iis in caſibus, qui not. *per Tib. Decian. d. conſ.* 32. *num.* 2. 3. 4. 5. Ergo in caſu ſtatuti & conſuetudinis dos omnino minor legitima eſſe poteſt, maxime ſi pater dotauerit, niſi læſio foret enormiſſima: Neq; in caſu ſtatuti, excludentis filias dotatas, ſupplementũ legitimæ, ſed dotis congruæ ſupplementum peti poteſt. *Tiber. Decian. d. conſ.* 6. *& d. conſ.* 32. *num.* 2. *& num.* 32. *lib.* 2. Surrogatur tamen interdum dos a ſtatuto præſeruata legitimæ, vt per *Tib. Dec. d. conſ.* 32. *num.* 106. *Adde Mandell.*

Digitized by Google

Mandell. conſ. 23. num. 1. cum ſeqq. vſq; num. 6.
t Hoc parum facit. *Vide ampliation. ſeq. verſ.* Declara hanc ampliationem 1. Nam etſi ſtatuatur &c.

Ampliat XVII. † *ſub nu.* 106. vt filia cum iuramento renuntians, ne quidē legitimam petere poſſit: quam ille veriorem dicit, ſequitur eandem *Didac. Couarru. d. c. Quamuis. part. 3. §. 3. num. 3. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 294. Ioann. Dilect. de arte teſtandi tit. 3. caut. 3. num. 2. Ioann. Cephal. conſ. 467. nu. 48.* 82.

Tum (1) quod renuntiatio generalis cum iuramento habeat vim ſpecialis expreſſionis. *Corſet.* [u] *de iuram. q. 8. nu. 56. M. Ant. Bauer de virtut. iuram. num. 9. verſ. ſecunda infertur deciſio.* vbi hoc in terminis decidit: Idem repetiit *Nicol. Euerhar. in topic. in loco, a vi iuramenti. verſ. ſextus notabilis effectus.* qui tamen cogitandum relinquit, & in quæſtione de facto occurrente, maximā de hoc contentionem fuiſſe teſtatur: late explicat *Gabr. Roman. lib. 2. recept. concluſ. tit. de iureiur. concluſ. 4.* nouiſſime *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. num. 53. Tib. Decian. conſ. 39. nu. 79. conſ. 59. nu. 24. lib. 2.* quod vnicū communis opinionis fundamentum

eſſe dicit *Gozadin. l. fin. num. 26. C. pact.* quod tamen declarabis vt egregie *per Iaſ. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. Mandell. conſ. 66. num. 4. weſenbec. conſ. 74. num. 58. cum ſeqq. & maxime num. 68. not.*

u De viribus iuramenti multa collegere Corſetus, Bauerius, Euerhardus hic relati, & poſt alios *Iaſ. § item ſi quis poſtulante. num. 5. cum ſeqq. Inſtitut. Actionib.* Porro quod hic dicitur, iuramentum vim expreſſi habere, falſum eſſe dicit Butigella in *l. ſtipulatio hoc modo. num. 34. ff. verb. oblig.* quod de pleriſq; aliis effectibus etiam *Carol. Molinæ. affirmat in l. 1. §. ſi quis ita. num. 84. ff. eod. tit.*

Tum (2) per doctrinam Caſtrenſis *in d. Auth. ſacramenta puberum. nu. 8. C. ſi aduerſ. vendit.*

Tum (3) quod legitima ſit portio eius, quod quis ab inteſtato eſt habiturus. *l. parentibus 8. l. cum quæritur 6. C. inoff. teſtam. Tib. Decian. conſ. 6. num. 15. lib. 1.* ſed per pactum excluditur renuntians a ſucceſſione ab inteſtato.[x] Ergo &c. Hinc ſublata cenſetur, ſublata ſucceſſione ab inteſtato. *Alber. Bologn. de lege & iure. art 9. num. 13. Dn. Hart. Piſt. q. feud. 38. num. 16.* Et hoc eſt argumentum Caſtrenſis *conſ. 96. Si dicta Cornelia. num. 1. lib. 2.* quod

ineuita-

ineuitabile videri, dicit *Hieronym. Butigella l. ſtipulatio hoc modo. num. 34. ff. verb. obligat.* & ſolidum fundamentum eſſe, teſtatur *Fachin. lib 3. Controuerſ. iur. cap. 25.*

x Reſpondet Butigella hic relatus *num.* 34.

Etſi † autem in renuntiatione iurata, & ſpecifice de legitima facta, ſententia hæc nihil ſcrupuli habet. *Ioann Cephal. d. conſ. 467. nu 44. Tib. Decian. conſ. 6. num. 45. lib. 1. Idem conſ. 39. nu. 63.* vbi hanc communem & veram dicit, *lib. 2.* y Tamen in renuntiatione generali iurata plures diſſentiunt, eam ob cauſſam, quod iuramentum non poſſit duos effectus ſimul operari, vt videlicet & renuntiatiuum pactũ, iure ciuili improbatum, valeat: & eius virtute legitimæ intelligatur renuntiatũ. Concludunt ergo Dd. filiam renuntiantem a legitima non excludi, niſi ſpecialiter renuntiatio facta ſit. *d. l. ſi quando. § illud. & § fin. C. inoffic. teſtam. Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo. ibi Hieronym. Butigell. num. 31. vſq; 35. ff. verb. oblig. Fab. de Gioch. Auth. nouiſſima. nu. 225. cum ſeqq. C. inoff. teſtam. Andr. Alciat. c. cum contingat. num. 58, 59.* vbi ſcribit, ſatis eſſe ſi iuramentum aliquid operetur, 83.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

abſq; eo quod ampliat contractũ. *Ext. iureiur. Matth. de Affl. d. c. ſi quis inueſtierit. num. 26. fall. 6. Barthol. Socin. reg. filia renuntians. fall. 5.* licet ille dubitet, magis communẽ dicit *Gabr. Roman. lib. 6. recept. concluſ. tit. de legitima. concluſ. 8. num. 9. Mynſ. obſ. 36. cent. 1. Ioſeph. Lud. deciſ. 21. nu. 47. 48. Graſſ. lib. recept. ſent. §. legitima q. 3. num. 13. & §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10. ad fin. nouiſſime Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. nu. 30. 33. Albert. Brun. conſ. feud. 82 num. 14. Hotom. d. conſ. 7. num. 4. Mandell. conſ. 66 & maxime num.* 4. hoc dogma explicat.

y Aliud ſi renuntiatio non ſit iurata. *Bald. in d. l. pactum. num. 6. oppoſit. 6. C. collat. Zaſ. in l. ſtipulatio hoc modo num 15. uſq; 28. ff. de verb. obligat.* quum in dubio non intelligatur renuntiatũ legitimæ. *d. l. ſi quando. §. illud. & §. fin. ibi Dd. Gabr. Roman. lib. 6. recept. concluſ. tit. de legitima. concluſ. 8. Albert. Brun. de ſtat. fœmin. exclud. art. 9. num. 3. Ioann. Gutter. de contr. iur. cap. 19. nu. 1. Petr. Pec. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 20. num.* 4.

84. Declara hanc ampliationẽ 1. † Nam etſi ſtatuatur, filiam a legitima excluſam, z non tamen excludetur a dote, aut alimentorum petitione. *Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad l. ſi quando. § illud. nu. 19.* quam communem dicit, a qua in iudicando

cando recedendũ non ſit. *Gabr. Roman. d.reg.1.fall.17. num. 63. Maſcard. d. concluſ. 1264. limitat. 9. & 10. lib. 3. Graſſ. d. q 10. ad fin. Pariſ. conſ. 26. nu. 70. lib. 3.* Differunt enim legitima, dos & alimenta: quum legitima non aliter filiæ competat, niſi patre mortuo.[a] At dotem & alimenta etiam viuo patre, petit. Deinde legitima eſt certa portio totius patrimonii, quod tempore mortis patris adeſt. At dos congrua dicitur ſecundum vires patrimonii, qualitatẽ perſonarũ, & conſuetudinẽ regionis *l. quæro 61. ff. iure dot. not. ſupra num.* 11. Præterea doti, quæ a ſtatuto filiæ præſeruatur, onus imponi poteſt, non legitimæ. Ita poſt alios deducit *Tiber. Decian. conſ. 6. num. 17. 18. 30. cum ſeq. 38. cum ſeq. lib. 1. Vaſq. de ſucceſſ. reſol. lib. 3. ad d. l. ſi quando § illud nu. 19. C. inoff. teſtam.*

a Affirmatiuam ſententiam, quod renuntiatio iurata etiam legitimam comprehendat, veriſſimam, communem, & tenendam dicit, & multis in medium productis auctoritatibus & rationibus, pulcre explicat *Ioann. Gutter. de contract. iurat. cap. 19. num. 3.* Quum generalis diſpoſitio non comprehendat diſpoſitionẽ iuratam. *Gabr. Roman. lib. 2. recept. concluſ. tit. de iureiurando. concluſ. 5.* Idẽ nouiſſime tenet *Fachin. lib. 3. controuerſ. iur. cap. 25.*

a Fallit ſecundum comunem Dd.ſententiam, patre religioně profeſſo. *Angel. Aretin. in tract. de teſtam. in princip. num. 4. vſq; ad num. 11. Graſſ. in lib. recep. ſent. §. legitima. q. 12. nu. 6. & 7.* Alios tres caſus refert *Bolog. in l. fin. nu. 160. C. de pact.*

85. Declara 2. † Nam etſi receptiſſima interpretũ ſententia ſit, ſtatuto filiam dotatam excludente a ſucceſſione, excluſioně etiam a legitima, pro reſiduo, vltra dotem factam intelligi: ita vt excluſa, legitimæ ſupplementum petere nequeat: maxime quando ſtatutum filias, dote ſibi conſtituta contentas, & tacitas eſſe vult: quum legitima non debeatur, niſi vt hæredi: & ſit portio[b] portionis ab inteſtato debitæ: Nihil tamen impedit, quin congruæ dotis ſupplementum petat, ſi condecenter dotata non fuerit, vt late deducit *Tib. Dec. d. conſ. 6. num. 14. vſq; ad num. 30. & num. 33. cum ſeqq. lib. 1.* & quomodo probetur dotem eſſe congruam, tradit *idem Decian. d. conſ. 6. num. 54. 55. & num. 64. 76. 77. lib. 1. conſ. 32. num. 32. lib. 2.*

b Legitima eſt portio ſucceſſionis ab inteſtato competentis. Ergo excluſus a tota ſucceſſione ab inteſtato, etiam a parte, id eſt, a legitima intelligitur excluſus.

Ampliat

Ampliat XVIII. † *ſub num. 108.* etſi renuntians filia nullum fratrẽ habeat, ſed tantum ſorores: quod verũ, ſi coniectura [c] adeſt, quod pater ab vna filia acceperit renuntiationẽ, in fauorem aliarum filiarum, vt eſt caſus apud *Pariſ. conſ. 26. num. 19. cum ſeqq. lib. 3. Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de iure dot. reg. 1. nu. 3. Graſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato d. q. 10. num. 13.* 86.

c Talem coniecturam eſſe Dd. iudicant, ſi filia renuntiet propter dotem, de qua *ampl. ſeq.*

Ampliat XIX. † *ſub nu.* 118. Nam etſi certum ſit, maſculis, quorũ contemplatione renuntiatũ fuit, exſtinctis, filiam ad ſucceſſionem patris admitti, vt fall. 2. exponitur: Attamen aliud eſſe noſtri cenſent, ſi in ipſa renuntiatione expreſſum ſit, filiã renuntiaſſe propter dotem, quam accepit, etſi veroſimiliter fauore maſculorum renuntiarit. 87.

Tu circa materiam huius ampliationis ita diſtingue.

Aut certũ eſt, quid inter partes actum ſit, & quo fine filia renuntiarit: vt, quia expreſſe dictũ eſt, illam fauore maſculorum feciſſe renuntiationem, & tum procul dubio, maſculis exſtinctis, filia

Digitized by Google

renuntians admittetur. Quum enim certum ſit, quid partes egerint, nihil verba illa (quod filia propter dotem renuntiarit) curamus: ſed maſculis mortuis, regulæ inhæremus: quod iuramẽtum intelligatur, rebus ita ſeſe habentibus, vel in eodem ſtatu manentibus. Ita intelligitur fallen. 2. infra.

Aut diſerte expreſſum non eſt, quod renuntiatio fiat propter maſculos. Et ſi quidem coniecturæ adſint, quod pater aut non reſpexerit ad maſculos, vt, quia nullos habebat, aut quod nõ tantum reſpexerit ad maſculos, ſed ad alias quoq; perſonas, recurrendum erit ad ampliationem 18.

Aut tales coniecturæ non adſunt: & ſi quidem conſtet filiam propter hanc ſolam cauſſam, quod dotem receperit, feciſſe renuntiationem: Tum ad primum membrum diſtinctionis noſtræ reuoluimur: Apparet enim quid actum ſit. Quare quamdiu cauſſa renuntiationis (id eſt, dotis receptio) durat, filia excluſa manebit, etiamſi maſculi exſtinguantur. Hæc eſt ſententia *Didac. Couarruuiæ d. c. Quamuis. part.*

part.3. §.3.num. 4. verſic. Decimo eſt omnino aduertendum. De pact. in 6. quam adducit *Vaſq. loco relato.*

Aut non conſtat, quod filia propter ſolam dotē renuntiarit, & vere ſumus in dubio. In dubio autem contemplatione maſculorum filiæ renuntiaſſe intelliguntur, vt infra fallen. 2. notatur. Quare probabilior mihi ea ſententia eſſe videtur, quod tunc filiæ, exſtinctis maſculis, admittendæ ſint, vtcunq; in renuntiatione verba illà ponantur, quod filia ob dotem receptam fecerit renuntiationem.

Hæc † pro pleniori expoſitione di- 88.
ctorum a Vaſquio mihi iam olim placuerunt. Sed nunc vbi melius cogitaui, neq; interpretum ſententia, quā Vaſq. loco relato adduxit neq; ſubiecta Didaci Couarru. reſtrictio ſatis placet. Nam etſi fieri poſſit, vt filia propter dotem, id eſt, eo fine renūtiet, vt dotē habeat: Tamē ſi id negotiū, quod renuntiādo inter parētes & filias renūtiantes agitur, ſpectemus, lōge alius finis paciſcētibus eſt propoſitus, certarū videlicet pſonarū fauor. Dotis autē receptio

pro cauſſa finali haberi nequit. Parentes enim a filiabus renũtiationes haudquaquam eo fine extorquent, vt dotes numerent: ſed aliorſum, id eſt, ad certarum perſonarum fauorẽ, reſpectant, in quem tanquã in vltimũ finem principaliter intentum, totum negotium dirigi conſtat. Quare omnibus apicibus reiectis, in hac ſimplice ſententia acquieſco, vt perſonis, quarum fauore renuntiatio vel expreſſim, vel veroſimiliter facta eſt, exſtinctis, filiabus renuntiantibus locum eſſe exiſtimem. *Bald. conſ. 437. Quædam num. 2. lib.* 1. Argumentum enim, quod a militante aut ceſſante ratione ducitur, regulariter non de impulſiua: ſed de finali cauſſa intelligitur.

89. Ampliat XX. † ille *ſub num.* 119. etſi pater, cui renuntiatum eſt, inteſtatus moriatur. Nam licet pater ab inteſtato decedens legitimos ſucceſſores inuitaſſe videatur: Tamen aliud eſt in filia, quam inter viuos pater expreſſim excluſam voluit: Vt proinde expeditum ſit, filiam, quæ patri cũ iuramento ſucceſſionis renuntiationẽ facit, non modo ſuc-

do ſucceſſioni ex teſtamento, (id eſt, contra patris voluntatem) ſed & ab inteſtato renuntiaſſe intelligi, vt not. in meo tract. de teſtam. num. 6. Atq; ita contra Zenzelinum [d] concludunt Dd. hic *ibi Gemin. num. 15. Natta num. 60. Lud. Roman. d. l. ſtipulatio hoc modo num. 29.* quæ non modo com̃unis, ſed omnium Dd. iuris ciuilis ſententia eſt. *Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dot. promiſſ. fall.* 10. *nu.* 40. *Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. nu. 148. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10. num. 13.* eandem communem dicit *Pariſ. conſ. 26. num. 54. lib. 3.*

[d] Zenzelini dogma probat *Bald. in d. l. pactum. num. 6. in 6. oppoſit. C. de collat.* quod patre inteſtato decedente, iure taciti iudicij filia vocetur.

Declara vt infra per *Barthol. Socin. reg. filia renuntians. fallen. 2. num.* 116. *& fall. 22. num. 133.*

Ampliat XXI. *ſub num. 120.* vt † pacto renuntiatiuo non tantum filia, ſed & nepotes deſcendentes ex ea atq; heredes quicunq; cauſſam ab ea habentes, excludantur: qua de requiſito 6. dictum eſt. 90.

Ampliat XXII. *ſub num. 121.* etſi filia renun-

renuntians liberos ſuſceperit. Quum enim hæc renuntiatio vera donatio nō ſit: e ſequitur per ſuperuenientiam liberorum eam non retractari; maxime quum eiuſmodi renuntiationes, prolis ſuſcipiendæ cogitatione præmiſſa, fiant. *Thom. Parpal. repet. l. 2. nu. 30. ff. ſolut. matrim. Dec. in l. pactum num.* 14. *C. collat. Couarr. d. c. hic part. 3. nu. 8. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 5.* quibus adde, quæ dicit ille idem *Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad d. l. ſi quando.* § *illud nu.* 49 *Roland. a Vall. conſ.* 11. *num.* 24. 25. 26. *lib.* 1. *Tiber. Decian. conſ. 39. num. 80. &* 167. *lib. 2.*

e Id eſt, quando renuntiatur hereditati quærendæ, aliud ſi quæſitæ, vt ſupra requiſito 3. Quo caſu optimum eſt, vt in ſpecie *l. ſi vnquam. C. de reuoc. donat.* renuntietur. *Tib. Decian. conſ. 39. num. 66. lib. 2. adde infra ampliation. ſeq. & 33.*

91. Ampliat XXIII. † *ſub num. 122.* et ſi filia enormiſſime læſa eſſet, [f] vt, quia receptis 100. renuntiat hereditati valenti 5000. probat *Ludou. Roman. l. Qui ſuperſtitis. num. 2. ff. acquir. heredit.* dicens incongrue dotatam petere poſſe, vt eius dos ſuppleatur. *Dec. conſ. 31. nu. 2.* & not. ſupra ampliation. 17. late diſtinguit *Pariſ. conſ. 26. num. 72. lib. 3.* Neq; enim recte

in iu-

Digitized by Google

in iure quærendo allegari læſio videtur:g quum pater facultatibus labi, imo & teſtamento facto, filiam in legitima inſtitutã, a reliquo hereditatis excludere potuerit. *Andr. Alciat. conſ.* 1. *num.* 17. 18. *lib.* 8. *Pariſ. iam relatus*, & *Ioann. Cephal. conſ.* 467. *nu.* 54. *Tib. Decian. conſ.* 6. *num.* 52. *lib.* 1. Et hanc ſententiam Gallia, *Carol. Molin. ad Alex. conſ* 29. *lib.* 3. *Boys in addit. ad Nattam poſt nu.* 135. & Electoratus Saxoniæ cum diſtinctione tamẽ ſeruat. *Conſtit. Saxon. part.* 2. *tit.* 35. quam ſacris quoq; literis conſentaneam, *Ioach. a Beuſt l.* 1. *num.* 231. *ff. iureiur* & conſcientiis minus periculoſam eſſe, putat *Graß. d.* §. *ſucceſſio ab inteſtato*, *q.* 13. etſi huiuſce iuramenti non magnam rationem habendam putet *Hottoman. conſ.* 8.

f De quadruplici læſione vide *Vaſq. de ſucceß. reſol. lib.* 3. *ad. l. ſi quando.* §. *illud. num.* 40. *C. inoffic. teſtam.* Et adde, inter coniunctos non præſumi læſionem. *Tiber. Decian. conſ.* 39. *num.* 99. *lib.* 2.

g Aut diſputamus de hereditate quærenda, & nõ videtur læſio allegabilis, vt hic: atq; ita ſenſit *Angel. de Cecis.* cũ quo ea de re ſe cõtendiſſe ſcribit Butigella in *repet. l. ſtipulatio hoc modo. nu.* 35. *ff. de verb. oblig.* Voluit enim Angelus, ea quæ Dd. de læſione enormiſſima diſputant, tantũ in hereditate delata, nõ in deferenda, locũ habere.

Aut de quæſita, & iterum læſio regulariter excluſa videtur. Quia talis renũtiatio eſt donatio, vt ſupra *partic.3.requiſito.3.* At in donatione non habet locum allegatio læſionis, aut remedium *l.2.C.de reſcind.vendit.* aut textus noſter, *Gabr. Roman.lib.3.recept. concluſ. tit. de iure dot. reg.1. num.20.fall.1.Mandell.conſ.11.num.6.7.* In donatione (*inquam*) non conſideratur læſio: quum ex liberalitate procedat, quod intellige duobus concurrentibus: 1. Vt ſit pura & ſimplex donatio, ex mera liberalitate procedens: 2. Vt renuntians habeat animum donandi, neq; veroſimiliter interuenerit metus, dolus, aut ſeductio, quemadmodum pulcre reſponderunt *Franciſc. Curt. Iun. conſ.141.num.2.14.17.18. Mandell. conſ.81.num.46.55.56.* Nam quando filia, mortuo patre, renuntiat hereditati paternæ, aliquo recepto, quod ſit minus dimidia partis ſuæ, ipſa petita abſolutione a iuramento, venire poſſet contra hanc renuntiationem: quum in ea dolus reipſa interuenerit, eundem cum dolo ex propoſito effectum habens; quæ Petri Ancharani communiter recepta ſententia eſt. *Ioann. Crot. d.l.ſtipulatio hoc modo.num.49.* Vbi ipſe contrariam veriorem cenſet, Communem tamen retentam limitat *Carol.Ruin.in repet.l.hoc edicto.§. nuntiatio. num.230.ff.non.oper.nuntiat.* quando mulier pupillis fratribus renuntiat: quum tunc omnis fraudis ſuſpicio veroſimiliter ceſſet. Atq; ita intellige declarationẽ 3. quæ ad hanc ampliationem eſt propoſita. Hiſce addit ſtatuti ſolemnitatem *Curt.d.conſ.141.nu.22.de quo relati ad. d.Auth.*

Digitized by Google

d. Auth. ſacramenta puberum. ampl. 21. & infra fallen. 49. conſulendi erunt.

Verum † contrarium tenent plurimi illuſtres Dd. quod ratione læſionis enormiſſimæ minoribus & maioribus concedenda ſit abſolutio: quum iuramentũ iniquitatis vinculum eſſe non debeat. Quæ fuit ſententia Antonii de Butr. & Petri Anchar. vt refert *Mat. de Aſſlict. deciſ. 322. num. 10. Dec. in l, pactum. nu. 7. fall. 3. C. collat. Ioann. Dilect. de arte teſt. tit. 11. caut. 19. num 4 plurimos refert Gabr. Rom. lib. 3. tit. de iure dot. reg. 1. num. 7.* 92.

Et licet aliqui teneant oppoſitum, quod etiã interueniente læſione enormi, propter iuramentum [h] non poſſit allegari læſio, per gloſſam cõmuniter receptam, & textum noſtrum, & *l. 2. C. reſcind. vend.* vbi deceptus vltra dimidiũ iuſti pretii, ſi iurauit, non auditur, dicens ſe deceptum: vſq; adeo, vt *Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo*, dixerit, opinionẽ quidem multũ ſuſtentabilẽ & æquam eſſe, quod mulier ignorans hereditatis valorem, abſolutionem a iuramento petere poſſit: addiderit vero difficile eſſe in practica obtinere contra aucto-

ritatẽ gloſſæ *in d.c.penult.& d.l.2.* Tamen dixerunt (ait *Afflict.d.deciſ.nu.11.*) Domini antiquiores de concilio Neapolitano, quod eorum temporibus ſemper fuiſſet in obſeruantia, opinio [1] Antonii de Butr. & Petri Anchar: quæ ſit æquior: quod ratione enormiſſimę læſionis cõcedatur abſolutio: & diſpoſitio textus noſtri procedat, quando læſio eſt mediocris: ſecus vbi eſſet enormiſſima. Idem ille decidit *d.c.ſi quis inueſtierit.nu.* 21.*fallen.*1.*de feud. dat. in vic.leg. cõmiſſ.* vbi ait, etſi Ludouic. Roman. contrarium teneat, tamen omnes Dd. conſentire, ſi non ſit mediocris, ſed nimium exceſſiua læſio, non vendicare ſibi locũ textum noſtrum. *Idem in c.item ſacramenta. nu.47. de pac.iuram.firm.* atq; ita tradunt Dd. *hic, ibi Natta num.8. & 75. & addit. ad eum, poſt num.135. & Couarru.part.3. §.4. num.3. vſq; ad num.9.* vbi hunc paſſum per 11. cõcluſiones ampliſſime reſoluit. *Zaſ.in d.l ſtipulatio hoc modo.num.39 fallen.* 5. vbi ait, priorem quidem opinionem eſſe probabilem, ſe autem conſuluiſſe pro hac parte, quæ multum æqua videatur: addit, hanc quæſtionem eſſe

pro

pro amico. *Guilhelm. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 264.* qui limitat. *Gabr. Roman. d. tit. de dot promiſſ. num. 1. cum ſeqq.* vbi hanc magis communem dicit, & ſeptem modis ampliat, & 16. modis limitat. *Andr. Gail obſeruat. pract. lib. 2. obſ. 147. num. 8. 9. 10.* qui teſtatur, reſtitutionem[k] in integrum in Camera concedi, probata enormi læſione, etiam ſine abſolutione a iuramento, *Graſſ. d. q. 13.* dicens hanc æquitate & bonis rationibus niti, eoq; ſequendam, maxime quando læſio eſt grauiſſima & admodum enormis, nouiſſime *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. limitation. 4. nu. 28. & ſeqq.* ſequitur *Decian. conſ. 203. num. 6. Franciſc. Curt. Iun. conſ. 141. num. 5.* vbi ipſe etiam hanc magis comunem ſententiam eſſe profitetur: & tribus fundamentis probat *Marian. Socin. Iun. conſ. 47. num. 11.* dicens magis communem, *lib. 4. Ioann. Cephal. conſ. 34. nu. 18. cum ſeq. conſ. 62. nu. 14. cum ſeq. & num. 32. cum ſeqq. conſ. 137. num. 60. cum ſeq. luculente conſ. 142. num. 19. 25. pulcre conſ. 208. per tot. conſ. 378. num. 1. cum ſeqq. optime conſ. 405.* vbi hanc firmat, & nouem dubitandi rationes

in contrarium diſſoluit.*conſ.467 per tot. maxime num.54.56.conſ.592.nu.1. cum ſeqq. Rolan. a Vall. conſ.59. num.27.Tiber.Decian. conſ.6 num.78. lib.1. Mandell. conſ.66.nu.4. Iacob. Menoch conſ.1. nu.495.* dicens enormiſſimæ læſioni non poſſe[l] renuntiari, ſequitur *Hotoman.d.conſ.7.verſ.Iam vero.*

[h] Iuramentum an in dubio referatur ad enormem læſionem tradit *Fabian. de Monte in tract. de emt.*& *vendit.q.8.princip.num.16.*

[i] Hæc ergo ſententia non diſtinguit dolum ex propoſito & reipſa, vbi læſio eſt enormiſſima, vt ſupra requiſito 8. *Anton.de Petrut. repet.l. 1.num.100.107.ff.iureiur.*

[k] Intellige intra quadriennium a tempore minoris ætatis completæ. *l.fin. C. de temp. in integr.reſtitut. Vincent.Franch. in noſtra materia deciſ.19.num.15.*

[l] Id eſt, in genere, ſed bene in ſpecie, & cum iuramento. *Tiber.Decian.conſ.39.num.67.lib.2.*

93. Ex hac † poſteriori ſententia retenta, infertur I. ad caſum, ſi filia a patre, nõ de bonis paternis, ſed maternis eſt dotata, & renuntiat ſucceſſioni paternæ: Nemo enim negare poteſt, quin hoc in caſu ſit grauiſſima & admodũ enormis læſio: Nec in hac ſpecie locus eſt textui noſtro, qui tractat de filia renuntiante hereditati paternæ, recepta dote a pa-

te a patre. *Anton. de Petrut. repet. l. 1. num. 106. cum ſeqq. ff. iureiur. Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. num. 23. fall. 3. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Natta hic. num. 57. limit. 7. ibi Couarru part. 3. §. 4. num. 7. verſic. Decima concluſ. Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dot. promiſſ. reg. 1. fall. 8. num. 34. Dec. in l. pactum. nu. 8. fall. 4. C. collat. Ioann. Bolognet. in l. fin. num. 113. C. de pact. Ioann. Cephal. conſ. 142. num. 24. conſ. 378. num. 7. conſ. 405. num. 43. conſ. 592. nu. 8. vſq; ad nu. 11. Tiber. Decian. conſ. 39. num. 8. & nu. 149. lib. 2.* vbi declarat, in quibus caſibus læſio præſumatur. Neq; obeſt filiæ renuntianti, ſi pater dotem de ſuis & maternis bonis promiſerit, & ita in inſtrumento dotali ſcribi curauerit: Nam hac cautela non obſtante, dos de ſolius patris bonis promiſſa & conſtituta intelligitur. *Ant. de Petrut. in repet. l. 1. num. 109. ff. iureiur.*

Infer 2. eadem ratione ad caſum, ſi mater dotet, non de bonis propriis, ſed de maternis, tunc filiæ delatis, & filia renuntiet ſucceſſioni maternæ cum iuramento. *Ioann. Ceph. conſ. 142. num. 24.*

Subamplia hanc ampliationẽ: Nam

ſtante enormiſſima læſione, præſumitur contractus factus propter metum, vel propter aliam ſpeciem doli: Vt proinde nihil obſtet iuramentum. *Mandel. conſ. 89. num. 5. 6.*

Declara hanc ampliationem 1. Nam enormiſſimæ læſioni in ſpecie cum iuramento renuntiari poteſt, vt eſt inſignis caſus apud *Tiber. Decian. conſ. 39. num. 149. per tot. lib. 2.*

Declara 2. Nam dicenti ſe læſum regulariter incumbit probatio. *Tib. Dec. d. conſ. 39. num. 149. lib. 2.*

Declara 3. vbi renuntians reſiduum valide donauit.[m] *Tib. Decian. d. conſ. 39. num. 150. lib. 2.*

[m] Etſi Ancharani ſententia pręcitata vſq; adeo diſputabilis eſt, vt ſecundũ aliquos vix diſcerni poſſit, quæ opinio receptior ſit; illa tamen admiſſa limitatur, vbi renuntians animũ donandi habet. *Vincen. Franch. deciſ.* 119. *num.* 11. 15.

Declara 4. Nam ex enormiſſima læſione dolus non præſumitur in maiori, ſciente omnia, & renuntiationem faciente ex certa ſcientia, & ſum̃a cum deliberatione, omnibus diligenter viſis atq; perpenſis. *Tiber. Decian. d. conſ. 39. num. 151. lib. 2.* Et qualis ſcientia neceſſaria ſit,

ria ſit, docet *idem ibi num. 155. cum ſeqq.* Non enim quælibet ſufficit. *Mandell. conſ. 81. num. 51.*

Declara 5. in enormi læſione, ſi mulier renuntiet fratribus pupillis. Nam tunc omnis fraudis ſuſpicio excluſa videtur. *Carol. Ruin. in repet. l. hoc edicto §. nuntiatio. num. 230. ff. nou. oper. nuntiat.*

Ampliat XXIIII. † *ſub nu. 136.* vt ex comuni Dd. ſententia,[n] non ſolum iuramentum teneat, ſed & pactũ. Ex iuramento enim duo vincula oriuntur: vnum perſonale & ſpirituale, quo ligatur iurans[o] ſub pœna periurii: alterum cõfirmatorium pacti p reale, quod etiam heredes ligat. *Dd. in d. c. quamuis. ibi Natta nu. 72. & 133. Didac. Couarru part. 1. §. 5. nu. 4. Dd. in d. Auth. ſacramenta puberũ. ibi Bald. nu. 17. Salyc. nu. 25. Caſtrenſ. num. 3.* qui pulcre limitat & declarat. *C. ſi aduer. vendit. Anton. de Petrut. in repet l. 1. num. 103. ff. iureiur. Ant. Corſet. de iuramento q. 8. nu 45. Ioann. Bolognet. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 81. 82. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. nu. 267. cum ſeq. Tiber. Decian. conſ. 39. num. 169. lib. 2. Dec. conſ. 639. num. 6.* 94

[n] Dd. communiter ſtatuunt pactum hoc renuntiatiuum iuramento firmari.

o Iuramentum ex parte eius, qui iurat, perſonale eſt: cum defunctus heredem quidem temporaliter, non autem ſpiritualiter obligare poſſit, etſi quis pro ſe & ſucceſſoribus iurauerit. *Dd. in c. veritatis. ibi egregie Panormit. de iureiur. Hinc Dd.* dicunt iuramenta eſſe perſonalia, quo ad obligationem periurii, realia vero quo ad obſeruantiam contractus. *Bauer. de virt. iuram. num. 14. & num. 62. Corn. in d. Auth. ſacramenta puberum. nu. 120. cum ſeqq.* vbi omnino videbis Igneum *num. 34. late Gabr. Rom. lib. 2. recept. concluſ. tit. de iureiur. concluſ. 6. Matth. Weſenb. conſ. 11. num. 16. conſ. 38. num. 24. pulcre Lud. Schr. in tr. feud. par. 10. ſect. 3. num. 59. cum ſeqq.* At reſpectu recipientis reale eſt, ad omnes ſucceſſores tranſiẽs. *Dd. locis relat. & Ludolph. Schrad. d. ſect. 3. num. 70.*

p Fortun. Garc. de vltimo fine iuris, *num.* 311. de facto intelligit, non de iure.

q Natta hæc ibi accommodat ad quæſtionem, ſi plures filii promittant patri cum iuramento, quod vſq; ad certum tempus vna morari velint: Vtrum mortuo vno ex filiis, eius filios alii ſine reatu periurii poſſint prouocare ad diuiſionem.

Ampliat XXV. † *ſub nu. 137.* Nam etſi
95. iure ciuili neq; pactum, neq; iuramentũ [r] valeat, vt teſtatur *Cyn in l. pactũ. nu. 2. C. collat. ibi Alberic. de Roſ. num. 1. Bald. nu. 2.* dicens veram, eam ob cauſſam, quod iuramentum de iure ciuili nihil operetur

tur

tur, niſi quod ætatem ſupplet, alia autem obſtacula non remoueat. *Ancharan.conſ.39.num.1.* Tamen aliud eſt iure Canonico. *Bald. in d.l. pactum. num. 6. & num.22. q.19. Iaſ. num.3.* Cuius deciſioni in vtroq; foro ſtandum eſt; quum ſit materia peccati. *Ita Dd.d.c. Quamuis. ibi Philipp. Franc. num.7. Natta num.83.84. Couarru. part.2. §.4. num.9. Alex. in d. l. pactũ. num.2.* dicens, in materia iuramenti, attendi debere ius Canonicum, *C. collat. Anton. de Petrut. in repet. l.* 1 *num.97.98. ff. de iureiur.* vbi ſcribit, ſe credere, quod gloſſæ *in d.l. pactum. C. de collat. & l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. heredit.* earumq; compoſitores, qui contrarium tenuerunt, nihil nouerunt de textu noſtro, qui per Papam Bonifacium VIII. Año Domini M. CC. XCV. primum editus fuerit. *& num.101.* vbi ampliat. *Hieronym. Butigell. repet. l. ſtipulatio hoc modo, ibi Zaſ. nu. 28. ff. verb. oblig. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num.250. Ioachim. a Beuſt. l.1. num. 227. ff. iureiur. Graſſ. d. q.10. num.4.* Et hanc veram dicunt per textum *c. licet. ext. iureiur.* Veriſſimam & cõmunem dicit *Pariſ. d. conſ.26. nu.15. lib.3. Tiber. De-*

cian. conſ. 39. num. 87. lib. 2. quibus addantur, quæ ad requiſitum I. textus noſtri nu. 27. & circa *Auth. ſacramenta puberum.* requiſito 3. num. 69. annotata ſunt.

96. Vltra † Vaſquium amplia XXXVI. vt iurans omnino [f] cogatur obſeruare iuramentum, neq; poſſit petere diſpẽſationem, [t] relaxationem aut reſtitutionem, propter verbum (omnino) poſitum in textu. Ita Canoniſtæ *hic, ibi Gemin. num. 4. Philipp. Franciſc. num. 3. 4. 5. 11. Natta num. 73. 74.* qui hanc ſententiam declarant. *Ioann. Crot. d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 33.* qui textum noſtrum duobus modis pro hac ſententia ponderat, *latiſſime Mandell. conſ.* 11. *num. 5. & nu. 13.* vbi ait, non concedi abſolutionem, [u] niſi iuramentũ ſit extortũ dolo, metu, aut præſtitum ſit ſuper re illicita. *Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. nu. 263. vſq; 276.* Et an iſto caſu, quando abſolutioni locus eſt, illa fieri poſſit ab Epiſcopo, parte nõ vocata, tradit *Benedict. ibi n. 298.*

f Declara vt ſupra *num.* 73.

t Id eſt, regulariter.

u De relaxationibus iuramentorum, quando & a quibus fieri poſſint, conſule *Dd. hic. ibi Couarru. part. 1. §. 3. nu. 5. §. 5. nu. 3. & part. 2. in princ. num.*

num.4.Ioann.de Selua de iureiur.4.part.q.1. & q.5. Io.Rand.de diſpenſat. caſu 82. Dd.in d. Auth. ſacramenta puberum.ibi Corn.num.93.cum ſeqq. vſq; 110.Franciſ.Curt.nu.71.Igneus num.36.cum ſeqq.Caſtr.in lect.num.9.Iaſ.num.42.Ioann.Crot. in d.l.ſtipulatio hoc modo.num.33.ibi Zaſ.num. 28.ff. verb. obligat. Ign. in rep. l. neceßarios.§. non alias.part. 2.ff.ad SC.Syl.ordin.Cam. imper. part.2.tit.34.Nemeſ.Carol.cap.22. Mynſ.obſ.99. cent.3.Andr.Gail.obſ.pract.lib.1.obſ.1.num.23. conſtit.Elect.Saxon.part.2.tit.36.Adde auctoritates relatas in meo tract.de teſtam.num.93.

Amplia XXVII.† Nam filia ſimpliciter renuntians excluditur non ſolum ex capite vnde liberi,ſed etiam ex capite vnde legitimi.Ita decidit *Ioann. Igneus in rep l.1.num.35. C.qui admitti.ſequitur Guilhel. Benedict.d.verb.duas habens filias.num.249.* 97.

Amplia XXXVIII.† Nam filia renuntians petere non poteſt prouiſionē pro alimentis, etiamſi dicat renuntiationem nō valere, aut eam reſcindi petat, aut acceptum reddere vel communicare offerat. Quia quicquid proponit contra renuntiationem, vertitur in cauſæ cognitione,qua durante,contractus permanet in ſuo eſſe,donec reſcindatur.*Guilhelm.Benedict.ibidē nu 249.* 98.

Digitized by Google

99. Amplia XXIX. Nam renuntians nõ computatur in numero liberorum. Ergo teſtamentum paternum propter eius præteritionem nõ eſt nullum. *Anton. de Petrut. repet. l.1. num.* 99 *ff de iureiur. Guilh. Benedict. loco relato num.* 162.

100. Amplia XXX. † Nam ſola præſentia patris aut alterius, cui reuerentiam debemus, non cauſſat iuſtum metum, neque ex tali præſentia metus præſumitur. x Ita probat *text. noſter. ibi Philipp. Franc. num. 2. Natta. num. 66.* vbi quatuor modis limitat: Cõmunem dicit *Dec. c. cauſſam matrimonii. nu. 5. de off. deleg. Andr. Gail obſer. pract. lib. 2. obſer.* 147. *num* 14. *cum ſeqq. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato. q.* 12. *per tot* Quam ampliationem etiam declarabis, vt per *Franciſc. Curt. Iun. cõſ.* 141. *nu.* 11. 17. *18. Ioann. Cephal. conſ 378. num. 9. cum ſeqq. vſq;* 16. *conſ. 405. num 35. cum ſeqq. conſ. 592. num.* 12. *cum ſeqq. Mandell. conſ.* 11. *nu. 8.*

x Conſule infra *fallen.* 7.

101. Amplia XXXI. † vt idem ſit in promiſſione iurata de renuntiando ſucceſſioni: imo per eam facta renuntiatio intelligitur. *Didac. Couarr. c. quamuis. part 3. in princip. num. 3.* dicens cõmunem *de pact. in 6.*

Amplia XXXII.† Nam licet pactū patri præſenti ſit faciendum: ſufficiet tamen patris abſentis ratificatio aut acceptatio: ſi Notarius pro patre abſente fuerit ſtipulatus. *Didac. Couarr. d. c quamuis. part. 3. in princ. num. 4. eleganter Simoncell de decretis lib. 3. tit. 8. num. 147.* 102.

Amplia XXXIII.† Nam inſinuatione opus nō eſt, etſi renuntiatio ſummam quingentorum aureorum tranſcenderet: *Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. nu. 36. fallen. 12. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* vbi poſt diſputationem ita reſidet, dicens hanc veritatem: eandem communem eſſe pronuntiat. *Pariſ. conſ. 26. num. 59. 60. lib. 3.* Vbi autem inſinuatio requiritur, vt in renuntiatione hereditatis quæſitæ, de qua ſupra requiſito 3. renuntiari illi poteſt cum iuramento in ſpecie: quæ eſt magis comunis Dd. ſententia, *Ioann. Gutt. de contract. iurat. cap. 7. num. 2. & ſeqq. Tiber. Decian. d. conſ. 39. num. 32. 78. & num. 138. lib. 2.* Imo magis comunis Dd. ſententia eſt, quod iuramentum ſuppleat defectum inſinuationis. *Idem Decian d. conſ. 39. nu. 80. & conſ. 59. nu. 26. lib. 2. Franciſc. Curt. conſ. 141. nu. 22.* 103.

Veram dicit *Corſet. de iuram. q. 8. num. 11. Corn. Auth ſacram. puberũ. nu. 84. cum ſeqq.*

y Contrarium, quod iuramentũ non reddat validam donationem: imo quod in ſpecie cum iuramento inſinuationi renuntiandum ſit, late firmat *Phanuc. de Phanuc. de inuentar. part. 7. num.* 151. *cum multis ſeqq. Anton. de Canar. de inſinuat. part. 2. q. 28. 29. 30. Vatal. in tract. clauſul. ſub. rubr. An legib. inſinuation. exig. poſſit renunt. num. 28. 29.*

104. Amplia XXXIV. † in renuntiatione generali, maxime ſi renuntians poſt generalitatem etiam deueniat ad ſpecialia. *Maſcard. de probat. lib. 3. cõcluſ. 1264. num. 1. vſq. 13. Tiber. Decian. d. conſ. 39. nu. 51. cum multis ſeqq. & num. 81. lib. 2.* vbi luculentiſſime docet, quam vim ſpecialis expreſſio in hac renuntiationis materia obtineat.

105. Amplia XXXV. † Nam dolo etiam præſenti & præterito in ſpecie & cum iuramento recte renuntiatur. *Salyc. in Auth. ſacramenta puberum. num. 23.* vbi diſtinguit. *C. ſi aduerſ. vendit. Tib. Decian. d. conſ. 39. num. 69. & num. 152. 153. lib. 2.*

Amplia XXXVI. Vt maxime hæc procedant in renuntiatione geminata. *Tiber. Dec. d. conſ. 39. num. 93. cum ſeq. lib. 2.*

Amplia

Amplia XXXVII. † Vt maxime 106.
hæc procedant, ſi renuntiatio iurata in contractum diuiſionis completū, aut in tranſactionē incidat, vt eſt caſus Tiberii Deciani *d. conſ. 39. num. 102. cum ſeqq. lib. 2.* niſi forte ſuper re clara, de qua nulla lis fuit, tranſigatur, vt eſt caſus renuntiationis apud Mandellum *conſ. 89. num. 1. cum ſeqq.*

Amplia XXXVIII. † Nam etſi re- 107.
nuntiationes ſint ſtricti iuris, odioſæ & ſtrictim interpretandæ: Tamen vbi interuenit iuramentum, ob eius religionem, & euitandum periurium fauorabiles, & vt obſeruentur, potius ampliandæ erunt z quam reſtringendæ. *gl. & Dd. in Auth ſacramenta puberum. ibi Franciſc. Curt. num. 26. Igneus num. 63.* dicens ita cū Bartolo ſentire omnes, excepto Cyno, ſequitur Iaſ. *num. 16. C. ſi aduerſ. vendit. Dd. in c. cum contingat. ibi Andr. Alc. nu. 14.* dicens iuramentum ſemper eſſe bonæ fidei, quæ in eo debeat exuberare, quum principaliter fiat DEO. *ext. de iureiur. Dd. h. in d. c. Quamuis. Pariſ. conſ. 26. num. 57. lib. 4. Dec. conſ. 379. num. 10. cum ſeq.*

Digitized by Google

z Renuntiationes per ſe ſunt ſtricti iuris, & reſtringuntur, accedente iuramento, habentur fauorabiles, & augent renuntiationes. Porro quomodo augeant inter noſtros quæri video.

Oldradi celebris ſententia eſt in *conſ.294.nu.3.* quod iuramentum interpoſitum, augeat renuntiationem vel promiſſioné, non extenſiue, ſed intenſiue: adducit in argumentum *l.Titius 54.ad fin.ff. ad SC.Trebell.refert Andr. Gail obſ. pract.lib.2.obſer.98.num.13.*

Agit ibi Iuriſconſultus a de illa fideicommiſſi ſpecie, ſi quis rogatur reſtituere, quod ex hereditate ſuperfuerit,& de cautione, quę eo nomine exponitur. Addit textus, cautionem illam eo pertinere, non vt ex ſtipulatione petatur, quod ex fideicommiſſo peti non potuit: ſed vt fideicommiſſarius habeat fideiuſſores eius quantitatis, quam ex fideicommiſſo petere potuit. Quemadmodum ergo fideicommiſſum in hoc textu propter ſubiectam cautionem & ſtipulationé augetur intenſiue, non extenſiue: ita idem in iuramento actui adhibito dicendum.

Alii contrarium ſentire videntur, quod iuramentum non tantum intenſiue augeat, (*de quo conſtat*) ſed & extenſiue: Ideoq; regulam ſtatuunt, quod iuramentum habeat vim expreſſi, vt ſupra ampliatione 17.

Pro concordia obſeruabis, in actibus, qui ſtricti iuris ſunt, ea præſtari, quæ lingua nuncupantur: Vt proinde & verbis inhęrendum, eaq; ſtricte interpretanda ſint. At in iis, quæ bonæ fidei ſunt, quale iuramentum eſſe perhibent, plenior fit in-

ſt mate- Auth. tra roga- . C.eod. De qua lendi vl- Dd. ibi br. Rom. 4.recep. cluſ.tit. Trebell. cluſ.13. c. lib.1. un.opin. cluſ.17. cheran. iſ.168. 8. Iacob iac.No- - 39.An- Tira- l. de iure rog.q.17 .4.nu.9 iſ.cõſ.72 63.lib.3. dr. Alci. 136.nu.3. 9.Tiber. c.cõſ.78. 47.lib.3.

Digitized by Google

ſit interpretatio: ita tamẽ vt ad conſenſum concurrentem vel deficientẽ reſpectus habendus ſit. Deficiente enim conſenſu, vt in ignoratis, aliisue huc ſpectantibus, iuramentum non habet vim ſpecialis expreſſionis:& ſic auget tantum intenſiue, vt infra *fallen.* 52. concurrente autem conſenſu, auget extenſiue.

Ita in dubio non intelligitur renuntiatum legitimæ: At bene ea venit in renuntiatione iurata, etſi de ea mentio in ſpecie habita non ſit, vt ſupra *ampliation.* 17.

Hanc conciliationem cum multis aliis ſenſit *Iaſ. in d. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. num.* 42. 43. *ff. ſi quis cantion. plures in id allegat Gabr. Roman. lib.* 2. *recep. concluſ. tit. de iureiur. concluſ.* 4. *num.* 3. *Weſenbec. conſ.* 74. *num.* 58. *cum mult. ſeqq.* qui videndus erit. Sunt tamen qui iuramenta ſtricti iuris eoq; propter periurii periculum minime extendenda dicunt. *quos refert Socin. reg. locutio indefinita fall.* 1.

Declara hanc fallentiam (1) egregie vt per *Cephal. conſ.* 142. *num.* 21.

Declara (2) vt infra fallen. 47.

Amplia XXXIX. † Nam quum paria ſint, filios non exſtare, vel non poſſe ſuccedere: & aſcendentibus atq; deſcendentibus non exſtantibus, pater naturalis, totam ſuam ſubſtantiam naturalibus liberis, vel inter viuos largiri, vel teſtamento relinquere poſſit: Hinc 108.

ergo ſequitur, renuntiationem naturalium & legitimorum liberorum ipſis naturalibus prodeſſe. *Ludouic. Roman. conſ.43.num.3.ibi additio.*

109. Amplia XL. † Nam renuntiatio iurata infringi non poteſt, ex eo capite, quod facta ſit per minorē, & de rebus immobilibus, quarū alienatio ſine decreto alias nulla eſt. Stante enim iuramento, valet omnis [a] contractus, factus per minorem, ſiue ſit alienatio immobilium, ſiue renuntiatio hereditatis, ſiue quodcunq; pactum. *Mandell. conſ.11. num.3.4.* latiſſime reſoluit *Simoncell. de decret.lib.3.tit.8.num.133.vſq; ad fin.*

a Nam iuramentum minorem repræſentat maiorem, vt ſupra circa *Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. notatur num.63.*

110. Amplia XLI. † Nam quemadmodum renuntiatio cum iuramento, ita repudiatio quoq; hereditatis viuentis iurata valet. *Ioann. Gutter. de vlt. volunt. part.2. cap.5. num.7.*

111. Amplia XLII. † Nam renuntians ſucceſſioni pro decem, intelligitur ſub modo renuntiaſſe, nō ſub conditione. *Franc. Curt. l. cū mota. nu.21. C. de tranſ.* vbi

vſum

Digitized by Google

vſum huius inueſtigationis monſtrat: & de ampliatione hac pulcre diſſerit.

PARTICVLA QVINTA.

HÆc ſentẽtia † tot modis ampliata, a Dd. multifariã reſtringitur. 112.
Et quanquã *Vaſq. loco relato,* bene multas limitationes congeſſerit: tamẽ ordinem fallentiarum, quæ Bartholomæo Socino vulgo adſcribuntur hic, ſequemur: etſi illius quoq; dicta non tam digeſta, quam ſine ordine potius congeſta ſint, quod de pluribus limitationibus diminute poſitis, & itentidẽ repetitis candido lectori ſatis conſtare poteſt.[b]

[b] Tres floruere Socini, quorum nomina in omnibus Curiis & auditoriis iuſtitiæ cotidie reſonant. Marian. Socin. Senior, vulgo vtriuſq; iuris Monarcha appellatus, pater Bartholomęi, Bartholomæus Socinus, & Marian. Socin. Iun. cognomento Nepos. Hi fuere pręclariſſima iuris lumina, quorum doctiſſima ſcripta ſi quis vel a limine ſalutarit, illi facilimum fuerit iudicare, fallentias quæ circumferuntur, neq; Bartholomæi, neq; vllius alterius Socini eſſe: quũ longe maior horum virorum eruditio fuerit, quam vt talia ſcriberent. Vt nõ immerito *Marian. Socin. Iun. conſ.* 24. *nu.* 4. *conſ.* 74. *nu.* 21. *lib.* 3. ſcripſerit, ſe ex patruo Bartholomæo audiuiſſe, quod ipſe

earum fallentiarum auctor non eſſet. Si quis autem Bartholomæo, cuius nomine circũferuntur, omnino vendicandas putet, illũ admittere oportebit, congeſtas tantũ ab eo fuiſſe has fallentias, & antequã adhibita lima perpolirentur, & ordine iuſto digererẽtur, publici iuris factas.

Is ergo circa ſæpe citatam regulam: *Filia renuntians &c.* textum noſtrum 36. modis limitat.

113. Limitat I. † ſi ſit factum pactum de (omnino) non ſuccedendo: quę fallentia obſcurius poſita, cum fallentia 35. coincidit. Sciendum ergo filiam non modo contra patris voluntatem diſpoſitiuam & permiſſiuã, ſed etiam iuxta eius voluntatẽ ſuccedere poſſe, ſi a patre in teſtamento heres inſtituta ſit. Iã filia ipſi patri duobus modis renũtiare poteſt: Aut enim renũtiat ſimpliciter, & renũtiatio intelligitur de ſucceſſione ab inteſtato, & de ſucceſſione cõtra teſtamentũ: vt in tract. meo de teſtam. tetigi. Hinc renuntiatio dicitur fieri contra teſtamentum, & ab inteſtato. *Caſtr. in d. l. pactũ. nu. 1. Collat. Ioann. Cephal. conſ. 62. num* 1. Idem eſt, ſi in ſpecie ſucceſſioni ab inteſtato, aut ſucceſſioni contra teſtamentum renuntiauerit: Nam

Nam eiuſmodi renuntiationes valent.
Aut † renuntiatio etiam de ſucceſſione ex teſtamento facta eſt, ſiue filia omni in vniuerſum ſucceſſioni renuntiauerit, ſiue in ſpecie expreſſerit, ſe ne quidem ſecundum patris voluntatem ſucceſſuram, ſi ab illo heres inſtituatur. Hæc renuntiatio ſecundum Dd. non valet, vtpote tollens arbitrii voluntatem. c Ita *Bart. in l. pactum quod dotali. in repet. ibi Bald. num. 15. C. de pact. Iaſ. circa ſecundam quæſtionem Bartoli. verſ. ſecundo & adhuc fortius amplia.* vbi dicit, hanc ſententiam veram, nō quod per eiuſmodi renuntiationem libertas teſtandi impediatur: ſed quod pater iuramentum remittere filiæ poſſit. Idem poſt *Baldum* ſenſit *Ludouic. Roman. d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 28. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 10. num. 9.* Adde quæ dixi requiſito 4. 114.

c Hanc rationem merito irridet *Hieronym. Butigell. in repet. d. l. ſtipulatio hoc modo. num.* 30. *ff. verb. oblig. Ioann. Bologn. in. l. fin. num.* 104. *ibi Hieronym. Cagnol. num.* 102. *C. pact.*

Contrarium tamen, quod per pactū maxime iuratū ſucceſſioni in vniuerſum, id eſt, etiam ex teſtamento renūtiari poſſit: tradit *Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc*

modo.num.32.vſq; ad num.36. ſi fratres aut agnati, quorum fauore iuratum eſt, adhuc exſtent. *Ioann. Bolognet. d.l.fin.num. 104, C.pact. Adde eundem Zaſ.ibi fall.8.num. 43.cum ſeqq.*

115. Sublimita hanc fallentiam: † Nam ſtatutũ valet, [d] excludens filiam a ſucceſſione ex teſtamento & ab inteſtato: quæ eſt ſententia Bartoli communiter a Dd. approbata, a qua recedendum nõ eſt, vt teſtati ſunt *Dd.in d.l.fin.ibi Dec. num.26. Ioann, Bologn. num.103. Cagnol. nu. 99.vſq;.ad num.105, C.pact.*

d Hanc ſententiam teneo, non per rationem, quam Ioann.Bolognet.adfert, quod teſtamenta non ex iuſtitia, ſed ex gratia valeant: Sed eam ob cauſam, quod quæ iuris gentium ſunt, a iure ciuili & ſtatutario diſtingui & cum cauſſa limitari poſſint. *Dec.d.l.fin.num.26.*

116. Secundo † limitat *Barthol. Socin.* ſi maſculi, quorũ contemplatione iuratũ eſt, viuo patre deceſſerint. *Crauet.de antiquit.tempor.4.part.§.tranſeo.num.131. Dd. in d.l.ſtipulatio hoc modo.ibi Butigella nu.36.* dicens in dubio renuntiationẽ fratrũ fauore factã intelligi, & hoc perpetuo notandum eſſe *Ioann.Bologn.nu.93.Ioann. Crot.num.58.149.ff. verb. obligat. Hippol. de Marſil.*

Marſil. in repet. l. Vnic. num. 42. C. rapt. virg. Bald. conſ. 437. Quædam. num. 1. lib. 1. Eſtq; ratio decidendi aperta, tum quod ceſſante cauſſa excluſionis, ceſſet ipſa excluſio. *l. Tib. Decian. conſ. 32. num. 31. lib. 2.* & reſtringatur a cauſſa, per quã facta eſt. *Tiber. Decian. conſ. 19. num. 62. 63. lib. 3.* tum quod iuramentum intelligatur, rebus ita ſe habentibus.[e] *Pariſ. conſ. 26. num. 21. lib. 3. Tib. Decian. conſ. 39. num. 37. & num. 171.* vbi huius regulæ verum ſenſum aperit. *lib. 2. Dd. in d. c. quamuis. ibi Natta num. 58. Couarru. part. 3. § 3. num. 4. Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 43. & ſeqq. fallen. 8.* vbi notabiliter declarat, *ibi Ioann. Bolognet. nu. 93. 94. Ludouic. Roman. in l. qui ſuperſtitis num. 1. ff. acquir. hered.* dicens hanc fallentiam eſſe Baldi *in l. pactum. num. 9. q. 4. ibi Caſtr. nu. 6. Dec. nu. 9. limit. 5. C. collat. Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 25. fallen. 5. de feud. dat. in vic. leg. cõmiſſ.* vbi dicit hanc ſublimitari ab Angelo, niſi pater teſtetur:[f] de qua cogitandũ relinquit. *Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 297.* communem eſſe teſtatur *Gabr. Roman. d. tit. de dot. promiſſ. reg. 1. fallen. 9. num. 35. cum ſeqq.* vbi tribus modis ſublimitat. *Vaſq. de*

ſucceſs.creat.d.§.18.num.346. Graſs.d.§.ſucceſsio ab inteſtato.q.10.nu.11.12.13.Corn. conſ. 291.nu.8.lib.4. Ludou. Roman.conſ.22.nu.3. Ioann.Cephal.conſ.62.num.41. verſic. Sexto. Pariſ.d.conſ.26.num.23. vbi ait, hanc ſententiam procedere, quando iuramentũ eſt expreſſe receptũ propter maſculos, vel ſumus in caſu dubio, vbi alia coniectura non apparet, per quę refelli poteſt doctrina Vaſquii, de qua ſupra ampliatione 19. adde infra fall. 22. & 40.

e Iuramentum & pactum ſtatum præſentem, non ius ſuperueniens reſpiciunt. *Vital.in tract. clauſ.nu.19.Io.Gut.de contr.iur.c.29.nu 6.& c.7. nu.Ant.Nicel.de concord.gloſ.nu.262.Bapt.Bau. de ſtat.vrb.præf.gl.19.nu.133.Medic.de cõpenſat. q.25.nu.24.Dec.conſ.350.nu.9.Mynſing.decad.4. conſ.37.num.16.17.Porc.conſ.176.num.20.*

f Quid iuris ſit, ſi pater deſcendentes nullos relinquat, & extraneũ inſtituat. *Matth.de Afflict.* declarat ibidem *num.*40.*fallen.*14.

Subamplia. Nam vigente ſtatuto, vt filia dotata, exſiſtentibus maſculis, non ſuccedat: ſoror ad hereditatem paternam admittitur, fratribus ſine maſculis decedentibus, etſi renũtiarit omni iuri ſibi competenti & competituro, *Corn.conſ.80.per tot.lib.4. Albert. Brun. in tract.de ſtatut.fœmin.exclud.art.14.nu.9.10.*

Tertio

Tertio † limitat *Barthol. Socin.* ſi maſculi, qui tempore pacti exſtabant, & quorum fauore renuntiatio facta eſt, a patre fuerint exheredati. Paria enim ſunt, aliquem non exſtare in rerum natura, & exſtare quidem, ſed ſuccedere nõ poſſe. *Ioann. Crot. d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 60. Ioann. Bolognet. ibi nu. 93. 94. ff de verb. obligat.* Et quanquã *Ioann. Crot. ibidẽ textũ l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. legat.* 1. in contrarium adducat, & ſuper illo dubio, de quo neminẽ meminiſſe affirmat, cogitandũ relinquat: Ioannes Bolognetus tamẽ ibidẽ difficultatẽ allatã reſoluit. 117.

Quarto † limitat *Barthol. Socin.* proponendo cautelam pro filia, quæ inuite renuntiat, 8 vt inprimis coram quibuſdam, conteſtatione facta, iuret, ſe propria ſponte nunquam ſucceſſioni paternæ renuntiaturã, & ſi contingat in futurum eam renuntiare, id a ſe inuite fieri: Quo caſu renuntiatio poſtea facta non valet. *Bart. in l. ſi quis pro eo. num. 9. ff. fideiuſſ. Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 28. fall. 7. Idem in c. itẽ ſacramenta. num. 46. de pace iuram. firm. Dd. in d. Auth. ſacramenta puberũ. ibi Corn. nu. 76. & nu.* 116. 118.

Franciſc. Curt. num. 62. & ſeqq. vbi quatuor modis declarat. *Ioan. Ign. num. 56. 57. Lud. Roman. in d. l. qui ſuperſtitis num. 2. verſic. Quarto & ſingulariter. Dec. in l. pactum. nu. 10. fall. 7. C. collat. Zaſ. in d. l. ſtipulatio hoc modo. num. 40. fallen. 6.* vbi praxin docet. *ibidem Ioann. Bologn. nu. 96. Ioann. Crot. nu. 64. Natta hic. nu. 27. ibi Couarr. part. 2. § 2. nu. 2. Gabr. Roman. d. tit. de dot. promiſſ. reg. 1. fallen. 5. nu. 29. ampliſſime idem lib. 2. tit. de iureiur. concluſ. 1. per tot. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad d. l. ſi quando. § illud. num. 38. verſic. ad tertiam. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 290. Andr. Gail. obſeruat. pract. lib. 2. obſeruat. 147. num. 17.* late deducit, & ſex modis ſublimitat *Simoncell. de decretis lib. 3. tit. 8. num. 196. cum mult. ſeqq. Graſſ. d. § ſucceſſio ab inteſtato. q. 14. Ioachim. a Beuſt l. 1. nu. 222 ff. iureiur.*

g Ita mulier cum iuramento dotem alienare, aut marito alienanti conſentire poteſt, *c. cum contingat. de iureiur.* niſi iam antea ſe neq; alienaturam, neq; alii conſenſuram iurauerit. *gloſſa ſingularis in c. licet mulieres. ext. eod. tit.* Quam tripliciter limitat *Alex. conſ. 16. num. 5. 6. 7. lib. 2.* Et hanc gloſſam nulli non in ore eſſe ſcribit *Nicol. Euerhard. in topic.* in loco, a vi iuramenti, circa effectũ tertiũ. *verſ.* Et primo ex iſto ſequitur.

Quinto

Quinto † limitat *Barthol. Socin.* ſi filia generaliter renuntians non perceperit legitimam ſuam vel dotem. Quia a legitima non excluditur, niſi de ea ſpecialem fecerit renuntiationem. Qua de re ſupra ampliatione 16. & 17. dictum eſt. 119.

Sexto limitat in filia enormiſſime læſa: Quæ fallentia ſupra circa ampliationem 23. expoſita fuit.

Septimo † limitat *Barthol. Socin.* quando præſumitur dolo,[h] vel metu reuerentiali renuntiationem eſſe factam. *Cacheran. deciſ. 92. nu. 6. Natta d. c. quamuis. nu. 65. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 264. Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit de dot. promiſſ. reg. 1. fallen.* 11. *num. 41. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 187. Idem in lib. illuſtr. quæſt. cap. 35. num. 18. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 179. Dd. in l. pactum. ibi Caſtr. num. 5. C. de collat. Ioann. Cephal. conſ. 378. num. 9. cum ſeqq. conſ. 405. num. 35. 36. & num. 66. conſ. 592. num.* 11. *Hotoman. conſ. 7. verſic. Facit præterea communis.* 120

h De probatione & præſumtione metus maxime reuerentialis late diſſerunt, *Ioann. Crot. l. ſtipulatio hoc modo. num. 66. vſq. 76. ff. verb. obligat. Iacob. Menoch. de præſumt. lib. 3. præſumt.*

126.127.128. *Maſcard. de probat. lib. 2. concluſ. 1054. cum duab. ſeqq.* Et quibus modis metus reuerentialis, a renuntiante allegatus, excludatur, docet Vincent. *de Franch. deciſ.* 119. *num.* 11. De doli autẽ præſumtione & probatione conſulendi ſunt *Menoch. de præſumt. lib.* 1. *q.* 58. *nu.* 10. *& lib.* 4. *præſumt.* 12. *latiſſime lib.* 5. *præſumt.* 3. *per tot. Maſcard. de probat. lib.* 1. *concluſ.* 531. *cum duab. ſeqq.*

Amplia, Nam ſtante enormiſſima læſione, præſumitur contractus factus propter metũ vel aliam ſpeciem doli *Franciſc. Curt. Iun. conſ.* 141. *num.* 14. 17. 18. *Mandell. conſ. 89. num. 5.* Quod ſublimita, vt ſupra ampliatione 23. verſ. declara 4.

Sublimita, Nam in dubio, dolo aut metu renuntiatio facta non præſumitur. *Ioann. Cephal. conſ. 467. nu. 32. cum ſeqq.* Adde ſupra ampliationem 30. Generales tamen renuntiationes metus, doli, & enormis læſionis intelliguntur factæ per metum & vim, eadem ratione, qua cenſetur factus actus principalis. *Iacob. Mandell. conſ. 77. num. 27. conſ. 81. nu. 51. 52. 53.* Adde ſupra ampliationẽ 23. verſic. Declara 4. Hanc ſeparat Vaſquius a limitatione 39. & recte quidem.

21. Octauo † limitat *Barthol. Socin.* ex Baldo *in*

do *in c.1. §.ſacramenta. de pace iuram.firm.* in Iudæo, qui cũ filia paciſcitur. *Matth. de Afflict. d.c. ſi quis inueſtierit. nu.34. fall.10. Natta d.c. quamuis. num.23. Dd in d.l. ſtipulatio hoc modo. ibi Ioann. Crot. num. 64. ff. verb. oblig. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.18. nu. 172. Idem de ſucceſſ. reſolut. lib.3. ad d. l. ſi quando. §. illud. nu 37. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 289.* qui rationes decidendi adfert *Gabr. Rom. d. tit. de dotis promiſſ. reg. 1. limit. 4. num. 28. Simoncell. de decretis lib.3. tit. 8. nu. 194.* refert interpretes idem dicentes in hæretico & excomunicato.

Contrarium tenet *Ludouic. Roman. d. l. Qui ſuperſtitis. num. 4.5. Dec. in d.l. pactum. num. 12. 13. limitat. 9.* dicens hanc videri veriorem, quod etiam Iudæus obſtringatur iuramento, ſecundũ legem ſuam interpoſito. *Additio ad Nattam d.c. quamuis. loco relato. ibi Couarr. part. 3. §.4. num.1.* diſtinguens, *Ioann. Bologn. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 98. 99.* atq; hanc magis communem dicunt *Vaſq. ad d. §. illud. num. 37. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 11. num. 6.* De quo ego minime dubitandum cenſeo: quum rationes in oppoſitum adductæ leues, imo nullius momenti ſint.

Digitized by Google

122. Nono † limitat *Barthol. Socin.* in filia impubere. Ita enim conſtituenda eſt regula, *Gabr. Roman. d. tit. de dotis promiſſ. reg. 1. fallen. 6. num. 30.* Quæ ſententia indubitanter ſecundum omnes procedit in impubere doli non capace. Natta *hic. num. 28. Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 292.* Quid autem iuris ſit in impubere doli capace, ſupra ampliatione 9. tactum eſt. Imo ſunt qui teneant, filiam cum iuramento patri renuntiantem, non aliter excludi a ſucceſſione, niſi maior ſit. Cuius opinionis fundamenta recenſet *Ioan. Crot. l. ſtipulatio hoc modo. num. 50. ff. verb. obligat.* Et licet hanc ſententiam non firmet: quæ etiam in foro ſuſtineri non poſſet: conſulit tamen, vt pro omni dubitatione remouenda, puella iuret eo modo, vt ſupra ampliatione 9. tactum eſt.

123. Decimo † limitat *Barthol. Socin.* in bonis, quæ deſiere eſſe paterna, vt quia ad filium peruenere, qui poſtea decedit. Nam illi ſoror, quæ bonis paternis renuntiauit, ſuccedere poterit: quum renuntiationes ſtricte ſint interpretãdę.

Ioann.

Ioann. Bolognet. in d. l. ſtipulatio hoc modo. nu. 95. ibi Ioann. Crot. nu. 62. Dd. hic. ibi addit. ad Nattam, poſt nu. 65. verſic. Decimoquarto. Couarr. part. 3. §. 3. num. 2. Campeg. de ſtatut. fœmin. exclud. q. 47. nu. 199. Gabr. Rom. d. tit. de dot. promiſſ. reg. 1. fallen. 14. nu. 60. Vaſq. d. §. 18. nu. 174. Guilhel Benedict. d. verb. duas habens filias. nu 250. Graſſ. d. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 13. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. *num. 35 limit. 8. Lud. Roman. conſ. 168. num.* 1. *& 2. Iacob. Mandell. conſ. 7. num. 16. Hotoman. d. conſ. 7. verſic. Quantum ad ius Canonicum. Mynſing. decad. 4. conſ. 37. nu. 15. & 20. Adde infra. fallen. 40.*

[1] Stricte hic interpretamur renuntiationem iuratam. Nam ad hunc caſum quod attinet, ſororis renuntiantis conſenſus deficit: quum diuerſa ſint hereditas patris & hereditas fratris: & patris hereditas filio quæſita, patris hereditas eſſe deſinat: *Angel. l. qui ſe patris. num.* 30. *C. vnde liberi. Ioan. Hannibal ad rubr. nu.* 107. *ff. ſolut. matrim. Loriot. de apicib. iur. tit. de adit. heredit. exim. 6. Brunor. a Sole q. 36. nu. 13. Roland. a Vall. cõſ. 75. nu. 22. lib. 2. Simoncell. Piſtor. cõſ. 20. n. 49. Modeſt. Piſtor. conſ. 55. nu. 5. 6. lib.* 1. etiam ante apprehenſam poſſeſſionem, adeo vt non niſi improprie hereditas dicatur. *Ioann. Hannibal. d. rubr. nu. 61. cum ſeq. ibi Camill. Viſit. num. 22. 25. Hieronym. Cagnol. d. l. fin. num. 52. Robert. Marant. l. is poteſt.*

num.19.ff acquir. hered.Iaſ.§.actionum.num.215. Inſtitut.action.Sim.de Prat.de interpr.vlt. volunt. lib.3.interpret.1.dub.3.num.58. Vincen.Franch. deciſ.92.num.4.Graſſ.lib.recept.ſent.§. hereditas. q.2.num.1.cum ſeqq.Bald.conſ.264.num.5.lib.1. Ioann.Cephal.conſ.389.num.26.conſ.399.num. 42.conſ.492.num.169.

Subamplia hanc fallentiam, vt ſoror fratri mortuo vna cum aliis fratribus ſuperſtitibus ſuccedere poſſit. *Gozadin. l.fin. num.23.C.de pact.*

124. Vndecimo † limitat *Barthol.Socin.* vt pater non prohibeatur filiam renuntiantem heredem inſtituere, De qua ſupra requiſito 4.& limitatione 1.ad textum noſtrum dictum eſt.

125. Duodecimo † limitat *Barthol. Socin.* in renuntiatione fratri cum iuramento facta: de hereditate patris iam mortui. Hæc enim non valet: quum Decretalis noſtra, in renũtiatione patri facta loquatur. *Ita Raph.Fulgoſ.d.l.pact.C.collat.*

Verum Socino viſum eſt, rectius ſenſiſſe Baldum *in Auth.ſacramenta puberũ. num.*14.*C.ſi aduerſus vendit.* vbi ſcribit, refutationes, quas faciunt ſorores fratribus de hereditate paterna vel materna valere. *Ludouic.Rom.d.l.Qui ſuperſtitis. num.3.*

num. 3. qui bene declarat, & exiſtimat in hoc caſu militare rationem textus noſtri a maiore: Qua de re ſupra requiſito tertio ſententiam interpretum noſtrorum attuli.

XIII. Limitat *Barthol. Socin.* in renuntiatione facta fratribus a ſorore, patre adhuc viuente, ſed non præſente renuntiationi: Quæ limitatio vera eſt, vt conſtat ex traditis ſupra eodem requiſito 2.

XIIII. Limitat † *Barthol. Socin.* ſi filia renuntiarit, falſis perſuaſionibus inducta. Idem habet *Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. num. 22. fallen. 2. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* Quæ fallentia cum ſeptima coniungi poteſt. 126.

XV. Limitat *Barthol. Socin.* ſi filia renuntians decedat ante patrem: Nam renuntiatio eius filiis non nocet. Ita etiam limitat *Vaſq. d. §. 18. num. 181.* Qua de re ſupra requiſito 6.

XVI. Limitat † *Barthol. Socin.* ex Baldo *in d. l. pactum. nu. 11. q. 6. & nu. 16. q. 13. C. collat.* vbi ille ſcribit, remittentē [k] omne ius, quod habet vel habere ſperat, intelligi renũtiare iuri de futuro, proue- 127.

nienti ex cauſſa de præterito, vel etiam præſente, non iuri, quod ſperat de nouo, & ex noua cauſſa, & renuntiationē, ſe non extendere ad ius poſtea quæſitum. *Bart l ſtipulatio hoc modo. nu.4. Alex. num.*11.*Iaſ.nu.*13.*Alciat.nu.*10. *Bologn. nu 85. ff. verb. obligat. Bart. in l. poſt emancipationē.* §.1 *ff. liber. leg. Bart. in l. Qui Romæ.* §. *duo fratres.6.& 7. quæſt. ibi Alex. nu.56.57. Iaſ. nu. 69.*& *70. ff. verb. oblig. Dd. ordinarie in l.1. ibi Huber. Zuchard num.121. vſq.162.* vbi tres caſus accurate diſtinguit & reſoluit. *C. de pact. Dec. in l. fin. nu.7. C. de pact. Felin. c. ſi diligenti. nu.33. de foro compet. Matthe ſillan. de ſucceſſ. 4. mēb. art.3. princip. nu.54. Phanuc. de Phanuc. de inuent. part.7. nu.132. cum ſeqq. Boer. de poteſt. Cardin. q.1. nu 99. Andr. Tiraq. de iure primogen. q 86. num.8, Vaſq. de ſucceſſ. creat.* §.*18. nu.189. Maſcard. de probat. concluſ. 1264. num.*13. *vſq.22. lib.3.* Ita reſpondere *Corn. conſ.80. nu.2. verſic. Præterea renuntiatio.* vbi declarat, *lib.4 Caſtr. conſ.395. Videndum. nu 5. lib.1. Tiber. Decian. conſ.3. nu.123. conſ.52. nu.16. lib.1. Ioann. Cephal. conſ.526. nu. 78. pulcre Port. cōſ.57. nu.16. cum ſeqq. Albert. Brun. conſ. feud.79. num.2.*

k Renuntians iuri, quod habet, & habere ſperat in futurū, non intelligitur renuntiaſſe here-

ditatī

Digitized by Google

ditati poſtea obuenienti, ea decidendi ratione, quod renuntians reſpectu ſucceſſionis ſpem nullam habeat a iure conſiderabilem: Imo totaliter reprobatũ eſt, in mortem alterius ſperare: Vnde ſpes eiuſmodi præmatura dicitur *in l. 1. §. ſi impuberi. ff. collat. bon.* Et hæc eſt cōmunis *Dd. ſententia, quam probat Franciſ. Curt. in l. fin. nu. 2. & ſeqq. vbi ego ampliatione 4. 28. nu. 66. & 89. de veritate huius opinionis diſſerui.*

Hinc † dicimus, non præiudicare renuntiationem petenti ius iam renuntiatum ex alia cauſſa. *Rom. cõſ. 168. nu. 1. 2.* puta, iuramento interueniente, paciſcor, me de cetero emphyteutica bona non eſſe petiturum: Attamen noua cauſſa interueniente, vt quia a ſuperiori de emphyteuſi ſum renouatus, nõ obſtante renuntiatione ad petitionem eiuſdem licite aſpiro *Lud. Rom. conſ. 22. num. 3. ibi additio.* 128.

Sublimita hanc fallentiam 1. ſi non tantum iuri competenti, ſed etiam iuri de futuro competituro in ſpecie & valide renuntietur. *Roman. d. conſ. 22. nu. 3. Tiber. Decian. conſ. 39. nu. 64. lib. 2.* puta quia expreſſe renuntiatũ fuit omni iuri, quod quis habere poſſet in futurum, ex aliqua etiam noua cauſſa. Et in hoc cauti eſſe debẽt cõtrahentes & procu-

ratores, vt monet *Franciſc. Curt. in repet. l.1. num.30.31. ibi Hubert. Zuchard.* k2 *nu.157. C. de pact.* qui omnino videndus erit.

k2 Ille ibi diſſerit de clauſula (renuntiauit ex nunc prout ex tunc iuri competenti & competituro etiam ex noua cauſſa) & cõtendit renuntiationem ſub hac forma interpoſitam non tenere. Sint ergo circumſpecti, qui clauſulas inſtrumentis renuntiationum adhibent. Videatur & *Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. num.42. de feud. dat. in vic. leg. cõmiſſ. Neguſant. de pignor. 2. membr. 2. par. num.5. Bologn. l.1. nu.81. vſq. 87. C. de pact.* qui de verbis futuri & præſentis temporis accurate diſſerit.

Sublimita 2. ſi verba renuntiationis ſint multũ generalia & vrgentia; *Maſc. d. concluſ.* 1264 *num.21. & nu.45. vſq. 51. lib.3. Mandell. conſ.* 11. *num.*17. quæ declarabis ex notatis *per Iaſ. l. ſed etſi quis. §. quæſitum. num.42.43. ff. ſi quis caut.*

129. XVII. Idem † limitat ex Baldo *d. l. pactum. nu.15.12. C. collat.* vt ſoror faciens generalem refutationem fratribus de omni eo, quod ſibi debetur, nõ extendatur ad res, quas illa poteſt vendicare. Sunt enim renuntiationes ſtricti iuris, & vbi de conſenſu ambigitur, iuxta præmiſſa ſtricte exponendę. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. §.18. num.90.*

XVIII. Li-

Digitized by Google

XVIII. Limitatio Bartholomæi
Socini ipſa quoq; ex Baldo *d. l. pactum.*
n.19.q.16. depromta eſt: quod refutatio-
nes generales, in quibus nulla cauſſa
ponitur, neq; tacite ſubintelligitur, re-
ſtringantur ratione temporis ad præ-
ſentia bona. Ergo in bonis poſtea a pa-
tre quæſitis filia ſuccedere poteſt, ſe-
cundũ eum. Et habet ille alia eiuſdem
generis q.12.13.14.15.16.17.ibidem.

Quid autem in renuntiationibus iu-
ratis filiarum ſequendũ, ſupra amplia-
tione 6. expoſitum eſt.

XIX. Limitat † *Barthol. Socin.* in ma- 130.
teria *l. tres fratres*[1] *36. ff. pactis.* Generalis
enim renuntiatio reſtringitur ex ani-
mo renuntiantis ad id ſolũ, quod quis
ſciebat ſibi deberi. Ad ſpecies autem
de nouo repertas, dolo cõtrahentium
in diuiſione non comprehenſas, non
extenditur. Ita *idem Bald. d. l. pactum. nu.*
19. q. 16. Mandell. conſ. 3. num. 14. Pertinet
hæc limitatio ad requiſitum textus hu-
iuſce octauum.

1 Materiam *d. l.* tres fratres: Accurſius pulcer-
rima diſtinctione tam feliciter reſoluit, vt nullus
interpretum, quantũ mihi conſtat, illi contra-
dixerit. Pro cuius textus ſenſu vltra Dd. in ſedi-

bus ordinatiis, videantur Alphanus in *collectan. num.* 150. *Gabr. Roman. lib. 6. recept. concluſ. tit. de verb ſignif. concluſ. 6. num.* 120. *Ioann. Bolognet. l. Qui Romæ. §. duo fratres. num.* 75. *ff. de verb. obligat. & l. ſi de certa. num.* 14. *C. de tranſact. Anchar. lib.* 3. *q.* 41. *num.* 39. *Weſenbec. conſ.* 52. *num.* 62. & *conſ.* 74. *num.* 58. *cum mult. ſeqq.*

131. XX. Limitat † *Barthol. Socin.* vt per Baldum *in d. l. pactũ.* quãdo filius renuntiat pro impenſis factis in ſtudio : [m] De qua re ſupra ampliatione 2. dictum eſt.

[m] Hæc limitatio, & plures aliæ ſatis oſtendunt, haſce fallentias, cuiuſcunq; ſane auctoris ſint, ſine iudicio congeſtas eſſe. Baldi namq; doctrina imperfecte adducitur, & ea in parte, vbi de pacto renuntiatiuo iurato agit, perperã cum limitationibus huiuſce textus cõfunditur: quũ ad ampliationes particulæ 1. pertineat, inter quas recte refertur a Vaſquio, vt ſupra ampliatione 2. partic. 1. exponitur. Duo enim *Bald. in d. l. pactũ. nu.* 14. *q.* 14. dicit, (1) renuntiationẽ filii propter expenſas ſtudii non valere: & (2) hoc verum, niſi iurauerit. Quum ergo auctor fallentias ad textum noſtrum, de renentiatione iurata agentẽ, proponere voluerit: Primum Baldi dictũ, de renuntiatione ſimplici loquens, cũ materia pacti renuntiatiui iurati confundere non debuit. Eſt enim hoc dictum ampliatio (non textus noſtri, ſed) regulæ: quod pactum renuntiatiuũ ſimplex & iniuriatum non valeat: quemadmodum ſupra partic. 1. poſt rationes decidendi, ante fallentias annotatum comperies.

XXI. Limitat,† vt per Angel. *in l. filiæ. C. de edendo.* vbi ait, illũ loqui de ſtatuto: Ita enim meum exemplar habet: quum quidẽ ſub illo titulo, in C. aut ff. nullus textus reperiatur, cuius tale caput ſit. Apparet autẽ auctorẽ fallẽtiarũ reſpicere ad tradita per Angelum *in l. filiæ dotẽ. C. collat.* Ibi enim de filia per ſtatutum excluſa per contra tabulas ſuccedente agit. 132.

Porro etſi materia ſtatuti,[n] filias dotatas excludentis, materiæ textus noſtri cognata eſt, quam proinde & *Natta ibi num. 136. & ſeqq.* luculentiſſime explicuit: tamen cum regula textus noſtri permiſceri non debet.

[n] Statutũ filias ſine reſeruatione, a ſucceſſione excludens, non valet. At ſi aliquid præſeruat, aut eas dotari mandat, aut excludit tantum dotatas, procul dubio valet, vt eſt omnium cõcluſio, late expoſita per *Tiber. Decian. conſ. 6. nu. 13. lib.* 1. Poteſt tamen filia inſtitui, quod indubitatum eſt, vt dicit *Cagnol. in. l. fin. nu. 94. C. de pact.* niſi in caſu illo verſemur, de quo ſupra in ſublimitatione ad fallentiam primam.

XXII. Limitat † *Barthol. Socin.* niſi filia renuntians ex aliquibus coniecturis ſuccedere poſſit ab inteſtato: allegat Salycetum *ad l. pactum. num. 5. C. de pact.* 133.

concidit autem hæc fallentia cum ſecunda. Hoc enim Salycetus voluit, ſi renuntiatione facta, fratres aut alii liberi moriantur, de quibus aut diſerte mentio habita, aut tacite actum eſt, filiam renuntiantem admitti.

134. XXIII. Limitat † *Barthol. Socin.* vt filia renuntians admittatur ad ſucceſſionem, quando non ſuperſunt aliæ perſonæ, in quibus maior ratio ſucceſſionis aut affectionis eſt, quã in filia. Hæc cum 2 & 22. coincidit. Quare haſce fallẽtias rectius pro vna poſuerimus.∘ Cũ quibus & ampliat. 18. atq; 19. coniungenda erit.

∘ Infert ad caſum Cornei *conſ.* 80. *lib.* 4. quem tetigit *Alberic. Brun. in tract. de ſtatut. fœm. exclud. artic.* 14. *num.* 9. 10.

135. XXIV. Limitat † *Barthol. Socin.* quod filia renuntians ſucceſſioni maternæ, non propterea excludatur a paterna: allegat Baldum *in l. non ſolum. in princip. C. Bon. quæ liber.* Ita enim meum exemplar habet: quũ quidẽ nulla eiuſmodi lex ſub illo titulo Codic. exſtet. Ad textum autem *l. cum non ſolum. in princip. ibi,* Baldus nihil tale in meo libro habet.

Deciſio

Deciſio tamẽ veriſſima eſt. Renuntiatio enim, quum ſtricti iuris ſit, pactum cum vno ad alium non extenditur. *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. nu. 35. limitat. 8. Tib. Decian. conſ. 33. num. 46. lib. 1.* quæ etiam ſupra requiſito 2. & 6. attigi.

XXV. Limitat *Barthol. Socin.* ſi noui coniuges paciſcantur, vt filii naſcituri ex eis non ſuccedant. Non enim valet pactum, niſi talis ſit conſuetudo. p Hæc dicit Socinus, & nihil allegat. Pertinet huc *c. filii nati. Si de feud. defunct. content. & quod not. Bart. in l. pactum. nu. 1. ibi. Angel. Salyc. nu. 4. Caſtr. num. 4. Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 3. C. collat. Andr. Tiraquell. de iure primogen. q. 6. 7. 8. Benedict. 1. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 197.* 136.

p Imo ſiue conſuetudo ſit, ſiue non ſit, pactum valere, contendit Sonſbeccius in *tract. feud. part. 9. num. 50.*

Quid iuris autem ſit, ſi duo fratres inter ſe paciſcantur, vt certũ caſtrum nunquã ad fœminas perueniat: vtrum vnus decedens filiam in caſtro illo inſtituere poſſit, vide per *Alber. Roſ. l. fin. num. 6. C. de pact.*

Sed & hæc limitatio ad regulam tex-

concidit autem hæc fallentia cum ſecunda. Hoc enim Salycetus voluit, ſi renuntiatione facta, fratres aut alii liberi moriantur, de quibus aut diſerte mentio habita, aut tacite actum eſt, filiam renuntiantem admitti.

134. XXIII. Limitat † *Barthol. Socin.* vt filia renuntians admittatur ad ſucceſſionem, quando non ſuperſunt aliæ perſonæ, in quibus maior ratio ſucceſſionis aut affectionis eſt, quã in filia. Hæc cum 2 & 22. coincidit. Quare haſce fallẽtias rectius pro vna poſuerimus.° Cũ quibus & ampliat. 18. atq; 19. coniungenda erit.

° Infer ad caſum Cornei *conſ.* 80. *lib.* 4. quem tetigit *Alberic. Brun. in tract. de ſtatut. fœm. exclud. artic.* 14. *num.* 9. 10.

135. XXIV. Limitat † *Barthol. Socin.* quod filia renuntians ſucceſſioni maternæ, non propterea excludatur a paterna: allegat Baldum *in l. non ſolum. in princip. C. Bon. quæ liber.* Ita enim meum exemplar habet: quũ quidẽ nulla eiuſmodi lex ſub illo titulo Codic. exſtet. Ad textum autem *l. cum non ſolum. in princip. ibi,* Baldus nihil tale in meo libro habet.

Deciſio

Deciſio tamē veriſſima eſt. Renuntiatio enim, quum ſtricti iuris ſit, pactum cum vno ad alium non extenditur. *Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. nu. 35. limitat. 8. Tib. Decian. conſ. 33. num. 46. lib. 1.* quæ etiam ſupra requiſito 2. & 6. attigi.

XXV. Limitat *Barthol. Socin.* ſi noui coniuges paciſcantur, vt filii naſcituri ex eis non ſuccedant. Non enim valet pactum, niſi talis ſit conſuetudo. p Hæc dicit Socinus, & nihil allegat. Pertinet huc *c. filii nati. Si de feud. defunct. content. & quod not. Bart. in l. pactum nu. 1. ibi. Angel. Salyc. nu. 4. Caſtr. num. 4. Alex. nu. 3. Iaſ. nu. 3. C. collat. Andr. Tiraquell. de iure primogen. q. 6. 7. 8. Benedict. 1. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 197.* 136.

p Imo ſiue conſuetudo ſit, ſiue non ſit, pactum valere, contendit Sonſbeccius in *tract. feud. part. 9. num. 50.*

Quid iuris autem ſit, ſi duo fratres inter ſe paciſcantur, vt certū caſtrum nunquā ad fœminas perueniat: vtrum vnus decedens filiam in caſtro illo inſtituere poſſit, vide per *Alber. Roſ. l. fin. num. 6. C. de pact.*

Sed & hæc limitatio ad regulam tex-

Digitized by Google

tus noſtri de pacto renuntiatiuo iurato impertinens eſt: de qua ſupra num. 16.

137. XXVI. Limitat† *Barthol Socin.* ex Baldo, ſi ſoror renuntiet, & iuret ſe cõtentam. Non enim videtur renuntiaſſe generaliter omnibus relictis ex teſtamento, vel legitimæ, niſi ſpecialiter dicatur. Hæc limitatio diuerſas quæſtiones inter ſe permiſcet, & otioſe repetit, quæ idem Socinus fallen. 5. 11. & 30. tradit: de quibus ſupra requiſito 4. & ampl. 16. 17. viſum eſt.

Ad XXVII. ipſius limitationem de filia in egeſtate conſtituta, quæ ſe alere nequit, videnda quæ ſupra ampliatione 5. propoſita ſunt.

Ad XXVIII. Limitationem, cum qua & 32.q coincidit, videnda eſt ampliatio 4. ſupra.

q Fallentia Socini 28. eſt extenſio ad fallentiam 32.

138. XXIX. Limitat† *Barthol. Socin.* ex Angelo ad *l. Auus. nu. 7. ff. de pact.* q2 Quod filiæ renuntiatio, ad fratrum poſtea natorũ, vel extranearum perſonarũ cum fratribus inſtitutarum portiones non porrigatur. De extranea autẽ perſona vel

vel ſola, vel cum filiis inſtituta, differit *Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 40. fall. 14. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* 139.

q2 Hæc eſt doctrina Guilhelmi de Cumo & Raynerii ex *d. l. auus.* deducta. Vnde conſtat fallentiam hanc ita intelligendam, ſi renuntiatio filiorum natorum fauore facta ſit. Et quo pacto filiis natis hac in facti ſpecie conſuli poſſit, docet ex Raynerio Ang. loco relato.

XXX. Fallit, † ſi filia non percepit totam legitimam: Nam renuntiatione non obſtante, petit ſupplementũ: quæ ſupra ampliatione 17. expoſita ſunt.

XXXI. Limitat[r] *Barthol. Socin.* ex Angelo *in l. metum. in princip. num. 5. ff. quod met. cauſ.* quod is, qui cogitur renuntiare iuri, quod habet in re, non intelligatur renuntiare poſſeſſioni ipſius rei: quum non credatur habuiſſe animum dimittendi poſſeſſionem, licet perdat aliud ius competens ſibi in re.

r Hæc quoq; limitatio cum pleriſq; aliis, ex illo principio fluit: quod renuntiationes ſtricte ſint interpretandæ. Ad renuntiationes autem iuratas noſtri textus non pertinet.

XXXII. Limitatio † Bartholomæi Socini habet, vt dixi, materiã ampliationis quartæ ſupra. 140.

Digitized by Google

XXXIII. Limitatio Bartholomæi Socini habet materiam ampliationis decimæ ſextæ ſupra.

Limitatio XXXIII. Bartholomæi Socini ad regulam textus noſtri proprie non ſpectat, quam ſupra particula 1. fallen. 2. attigi.

XXXV. Limitat *Barth. Socin ex Ludouico Romano l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig.* cuius materiam ſupra requiſito 4. & maxime fallen. 1. propoſui.

XXXVI. Et vltima limitatio Bartholomæi Socini eſt inanis repetitio fallētiæ 6 quæ ampliatione 23. exponitur.

At[illegible] hæc de Bartholomæi Socini fallentiis ſufficiant: quarum ſi æquam faciat & iuſtam cum ſcriptis Bartholomæi Socini collationem lector cordatus: facilime deprehendet, quantum ortus ab occidente diſtat, tantũ opus illarum fallentiarum a ſcriptis Bartholomæi Socini differre.

141. Vltra † Bartholomæum Socinum limitat XXXVII. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. nu.* 182. ſi pater filiæ iuramentum præſtitum remiſerit: de quo ſupra requiſito 4. eſt expoſitum.

Limita

Limita XXXVIII. ſi filia non iurauit, ſed pater illi iuramentum remiſerit. *Vaſq. d. §. 18. num. 184.* De quo ſupra requiſito 1.

Limita XXXIX. ſi iuramentum ſit metu, vi, aut dolo extortum. *Vaſq. d. §. 18. num. 184.* quæ ſupra requiſito 8. & fall. 7. attigi.

XL. fallit, † ſi pater moriatur, nullis relictis deſcendentibus. *Natta d. c. Quãuis. num. 65. fallen. 13.* Hanc fallentiam diſtinguit Natta ſa fallentia 2. & 22. ſupra propoſita, vt apparet ex ipſius fallentia *7. ſub num. 57. & d. fallen. 13. ſub num. 65.* Adde ampliationem 19. ſupra, & *Matth. de Afflict. d. c. ſi quis inueſtierit. nu. 40. fall. 14.* 142.

ſ Eſt enim generalior quam fallentia 2. & ſtrictior quam 22.

XLI. Fallit, † quando in inſtrumento renuntiationis non eſſent verba appoſita, ex certa ſcientia, & nullo iuris vel facti errore ducta, ſed animo & propoſito deliberato. Ita *Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ. tit. de dot. promiſſ. reg. 1. limit. 12. num. 42.* t De clauſulis porro renuntiationum videantur not. ſupra fallen. 6. & *Tiber. Decian. d. conſ. 39. num. 131. cum ſeqq. lib. 2.* 143.

t Falſa eſt,& nullo iure ſuſtentabilis hæc Gabrielis Romani limitatio ex *conſ.96.nu.7.lib.*1. Cardinalis Pariſii,perperam & male deſcripta, quam hiſce fallentiis cõiungere volui, vt incautos de hoc errato admonerem.

144. XLII. Fallit,† quando renuntians in ſeculo [u] manſit:ſed poſt mortem patris ingreditur religionem: quia non obſtante renũtiatione, Monaſterium petit ſucceſſionem. Ita *Gabr. Roman. d. reg 1. limit.*12.*nu.* 42.Cuius ſententiæ veritas ex iis,quæ ſupra ampliatione 13.& 22.propoſita ſunt,iudicari poteſt.

u Si pacto ante ingreſſum religionis inito, filiæ renuntiatio tenet,quando pater renuntiantis poſt profeſſionem moritur,vt ſupra ampliatione 13. Multo magis tenebit,patre renuntiantis ante profeſſionem religionis mortuo.

145. XLIII. Fallit,† quia non obſtante renuntiatione,filia petit,quod ſibi obuenit,in pœnam matris tranſeuntis ad ſecundas nuptias.Nam etſi renuntians iure ſanguinis & ſucceſſionis nullum regreſſum ad ea bona habeat,quorum ſucceſſioni renuntiauit: Tamẽ ratione pœnæ & legalis reſeruationis,introductæ in fauorem liberorum, admittitur.x*Didac.Couarr.ad text.noſtrũ hic part.3. §.3.nu.*1.*Gabr.Roman.lib.3.recept.concluſ.tit. de dot.*

de dot.promiſſ,reg.1. fallen.16.nu.62. pulcre hac de re diſſerit *Io.Rip.repe.l.fœminæ.nu. 12.& nu.16.C.de ſecund.nupt.Andr.Gail. obſeruat.pract.lib.2.obſer.98.nu.9.10.11.ampl.5.*

x Ad filias eiuſmodi lucra deuoluuntur vt ad filias, non vt ad heredes: Ergo capiunt talia non tanquam portionem hereditariam, ſed vt æs alienum.

XLIV. Fallit, Nam textus noſter, locum habet negatiue, non affirmatiue. y *Ludouic.Roman.d.l.Qui ſuperſtitis.nu. 5.ff.acquir.hered. Matth.de Afflict.d.c.ſi quis inueſtierit.num.41.fallen.15. de feud. dato in vic.l.commiſſ.*

y Pactum affirmatiuum, de ſuccedendo ſeu diſponenda hereditate viuentis, neq; valet, neq; iuramento firmatur: quia plenum triſtiſſimi & periculoſi euentus ſecundum communiter *Dd. Franciſc.Curt.d.l.ſin.num.8.verſic.Tertio nota. C.pact.*

XLV. Limita: † Nam ſub renuntiatione ſucceſſionis non venit renuntiatio alimentorum. *Vaſq. de ſucceſſ.reſolut. lib.3.ad l.ſi quando.§.illud.19.C.inoff.teſtam.* Imo ne quidem ipſius legitimæ, iuxt. not. vide ſupra, ampliat.5.& 17. 146.

XLVI. Limita. † Nam pactum renuntiatiuũ ſucceſſionis nõ excludit filiam a bonis paternis, quæ feudalia ſunt, & ad 147.

fœminas etiam deferuntur. *Didac. Couarru. ad textum noſtrum hic. part. 3. § 3 nu. 6. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. nu. 43. limit. 13. Tib. Decian. conſ. 39. nu. 27. lib. 2. Matth. Weſenbec. conſ. 74. num 68. & 60.* niſi in ſpecie feudis etiam ſit renuntiatum. *Tiber. Decian. d. conſ. 39. num. 65. lib. 2. & num. 101. & num. 162.* vbi declarat, aut renuntiatio non de hereditate, ſed de bonis facta fuerit. *Alb. Brun. conſ. feud. 135. mihi col. 4. verſ. Ceterum videtur obſtare.* (Quanquam in hoc poſteriori membro rectius contrarium teneat; idem *Brun. conſ. 205. ad princip.* quum appellatione bonorum ſimpliciter prolata feuda non comprehendantur, vt per multa deducit *Lud. Schr. de feud. par. 7. cap. 5. num. 84. not. in rep. l. fin. ampl. 4. num. 19. C. de pact.*) Idemq; de bonis emphyteuticis iudicandum. *Ioann. Anton. Rub. repet. l. Gallus. §. quidnam recte. num. 177. 178. ff. de liber. & poſthum.* vbi explicat.

148. XLVII. Limitat: † Nam etſi iuramentum confirmet pactum, tamen illud minime ampliat, neq; addit renuntiationi, quod in ea non continetur. *Alciat. c. cum contingat. nu. 58. 59. ext. iureiur.*

Oldrad.

Oldrad.conſ.294.nu.1.cum ſeqq. Marian. Socin.Iun.conſ.20 num.31 32.lib.4 Minime enim ſupplet conſenſum. *Cyn.l.1.nu.5.C. Mandat.Fortun.Garc.de vlt.fin.iur.nu.*410. *Fr.Porcel.in tract.de duob.fratr.q.4.num.13. Card. Iacob. de conciliis lib.7.art.5.num.156. Bald.conſ.349.in fin.lib.3.conſ.250.prope fin. lib.5.Aretin.conſ.24.num.5.conſ.33.num.9. Pariſ.conſ.49.nu.47.& ſeq.lib.3.* not. ſupra ampliatione 38. Ideo quum in generali renuntiatione facile de conſenſu dubitari poſſit: an renuntians voluerit omnia, & quę ſpecialem expreſſionem requirunt, comprehendi. *Iaſ.l.ſed & ſi quis.§.quæſitum. num.* 42.43.*ff.ſi quis caut. Matth.Brun de ceſſ.bon.q.11.num.*12. optimum eſt, vt in ſpecie renuntiatio fiat. *Tiber.Decian.d.conſ.39.num.81.lib.2.*

Eſt † enim nota regula iuris: quod nemo dicatur renuntiare iuri, quod ſibi 149.
competere ignorat. *l. mater decedens. ibi Dd.ff.inoff.teſtam.* Ex qua deducitur non modo vtile & bonum eſſe, vt renuntiantes de iuribus ſibi competentibus certiorentur: ſed & generalē z renunciationem nunquā trahendam eſſe ad ignorata,[a] etſi iurata fuerit: *Gabr.Roma.*

M

lib.2.recept.concluſ. tit. de iureiur.concluſ.4. num. 4.5.& in renuntiatione dictum ſit, quod renuntians de bonis eius, quibus renuntiat, nihil amplius petere debeat aliquo modo, via, vel cauſſa iuſta, vel iniuſta, cognita vel incognita. Nam generalitas ſemper reſtringitur ad id, de quo particulariter actũ eſt. *Marian. Socin. Iun. d.conſ.20. num.16. cum mult.ſeqq. lib.4.* Et iuramentum auget renuntiationem non extenſiue ſed intenſiue, vt ſupra ampliatione 38. Quo autem pacto probetur ignorantia, docet *Socin. ibidem num.19.*

z Vt generalis renuntiatio non trahitur ad ignoratum: ita ne quidem ad eas res pertinet, quas paciſcentes renuntiatione cõtineri noluerunt, ſiue voluntatem ſuam expreſſerint, ſiue tacite alias de ea ſatis conſtet. Adde Iaſonem pluries citatum in *d.§.quæſitum num.* 42.

a De intellectu *Ioann.Hannibal l.nemo poteſt. num.*304.*ff.legat.*1.

150. Porro † quemadmodum expreſſio aut ſingulariter, aut ſpecialiter, aut generaliter fieri ſolet, vt infra fallen. 55 illatione 1. exponitur: Ita ſufficit cõſenſum aut cogitatum eſſe in genere, niſi ſpecialis expreſſio requiratur, aut mẽs

paciſcen-

paciſcentium omnino refragetur. *Cyn. l. ſub prætextu. la 2. nu. 5 ibi Bart. nu. 2. & reliqui. C. de tranſact. Bart. l. ſi de certa. num. 4 ibi Ange. nu. 2. C, de tranſact. Bald. d. l. pactũ quod dotali q. 16. C. collat. Iaſ. in l. ſi de certa. nu. 4. C. tranſact. Iaſ in d. l ſed etſi quis. §. quæſitũ. nu. 42. 43 ff. ſi quis caut.* vbi docet, quatenus in genere cogitatũ intelligatur, pulcre *Matth. weſenbec. conſ. 74. nu 58. cum multis ſeqq.* Et de iuramento traditur, quod hunc effectũ operetur, vt de omnibus in genere cogitatum videatur. *Bart. in l. ſciendum. nu 7. 8. ff. de verb. obligat Felin. c. ex reſcripto. nu. 16. ext. iureiur. Alex. conſ 27. nu. 8. lib. 1. Ioan. Cephal conſ. 94 nu. 7. 8.* quod declarat *Matth. weſenbec d. conſ. 74. nu. 58. vſq; ad nu. 80. illudq; vim ſpecialis expreſſionis habeat. vt ſupra num. 82.*

XLVIII. Limita † Nam per ſtatutum prouideri [b] poteſt, ne valeat iuramentum, puta, ſi aut prohibeat iuramentum præſtare, *Bart. in l. ſi quis pro eo. nu. 9. ff. de fideiuſſ. Bart. in Auth. ſacram. puberũ n. 15. ibi late Salyc. n. 26. Ang n. 2. C. ſi aduer. vendit. Bald. d. l. pactũ. nu. 3. & 10. q. 5. Dec. nu. 11. limit. 8. C. collat.* aut renuntiationẽ minoris valere nolit, niſi certa ſolẽnitate 151.

ſeruata, qua omiſſa, cōtractus fictitius, ſimulatus, aut dolo initus habeatur. *Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 165. 168. 170.*

b An ſtatutum efficere poſſit, vt contractus non firmetur iuramento, & per conſequens tale ſtatutum valeat, longa eſt materia, vt dicit *Aluarot. in c. item ſacramenta. num. 2. de pace ten.* vbi dat bonas remiſſiones, ibidem *Matth. de Afflict. nu. 48. cum ſeqq.* quem videbis de doctrina Bartoli bene diſſerentem cum *Dd. Auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit. Caſtrenſ. conſ. 53. viſis actis. nu. 4. lib. 2. conſ. 305. notandum. num. 2. ad fin. lib. 2. Cephal. conſ. 466. num. 38. 39.* plures remiſſiones dedi ſupra circa *d. Auth. ſacramenta puberum ampliatione 21. num. 73.*

152. XLIX. Limita,† ſi venditioni hereditatis acceſſerit renuntiatio iurata: Nam in ea remedia *l. 2. C. de reſcind. vend.* locus eſt, ſi læſio enormiſſima ſit, vt cōtendit *Iacob. Mandell. conſ. 81. nu. 47. cū ſeqq.*

153. L. Declara hanc materiam: †Nam ſi mortua matre, vna filiarum, quæ hereditatem maternam, non adiuit, ſucceſſioni illi in manibus patris valide renuntiauerit, tenet renuntiatio in præiudicium renuntiantis: Verum non prodeſt patri, ſed portio renuntiata per ius accreſcendi deuoluitur ad venientes ab inteſtato, id eſt, ad alias ſorores.

rores. *Iacob. Mandell. conſ.23. num.* 12. *13.*
LI. Fallit:† Nam renuntiatio generalis iurata ad ea non pertinet, quę ſpeciali expreſſione digna ſunt, & renuntians non repudiaſſet: ſi ea ſibi competere ſciuiſſet. *Matth. de Afflict. deciſ.* 111. *num. 9. Damhoud. de pupill. intereſſe. cap. 2. nu. 22. cum mult. ſeqq. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1264. num. 32. limit. 5.* vbi de ignoratis & inſolidis loquitur, de quibus nō facile cogitari potuit. *Cardin. Zabarell. conſ. 120. num. 3. Marian. Socin. Iun. d. conſ. 20. num. 29. lib. 4. Aym. Crauet. conſ. 880. num. 19. Iacob. Mandell. conſ. 27. num. 8. 9. & conſ. 109. num.* 11. *& num. 21.* vbi notabiliter ſublimitat *Ioan. Cephal. conſ. 523. nu. 93. cum ſeqq.* 154.

LII. Fallit: † Nam renuntiatio ob certam cauſſam facta, nulla eſt, niſi cauſſa illa impleatur. *Marian. Socin. Iun. conſ. 37. nu. 14. 15. lib. 4.* pulcre *Franciſc. Curt. Iun. conſ.* 141. *num.* 13. 155.

LIII. Declara:† Nam renuntiationes, vt ſæpe memini, ſunt ſtricti iuris & odioſæ. *l. emtor. §. Lucius. cū concord. ff. pact.* Ideoq; iuxta diſtinctionē ſupra ampl. 38. propoſitam reſtringendæ. *l. poſtquam liti. ibi Iaſ. num. 10. Dec. nu. 16. & reliqui. C. de* 156.

Digitized by Google

pact. Maſcard. de probat. lib. 3. cōcluſ. 1263. nu. 4. & 7. Marian. Socin. Iun. d. cōſ. 20. nu. 26. lib. 4. Tib. Dec. conſ. 44. nu. 11. *lib. 2. Dec. conſ. 379. num. 10. Mynſing. conſ. 37. nu. 18. 22 decad. 4.*

157. Vnde † infertur I. quod in ea non veniant, niſi quæ fuerunt expreſſa *Lud. Roman. conſ. 168 Dec. conſ. 379. nu. 3. Marian. Socin. Iun. d. conſ 20. num. 26. lib. 4. Pariſ. conſ. 49 num. 39. Aym. Crauet conſ. 200. num. 10. Tiber. Decian. conſ. 52. num 23. lib. 1. Ioann. Cephal. conſ. 427. num. 9.* Dicuntur autem expreſſa, quæ vel ſingulariter, vel ſpecialiter, vel generaliter expreſſa ſunt. *Bart. in l.* 1. *num. 6 ibi Alex. num. 10. Iaſ. nu. 14. Zaſ. num. 19. Rip. num. 49. & Alciat. num.* 10. *ff. de vulg. & pupill.* vbi in mea repetitione latius poſui. *Ruin. l. Gallus. §. & quid ſi tantū. nu. 95. P. lib. & poſtum. Iacob. Toming. deciſ.* 1. *num. 26. cum ſeqq.* Per verba enim generalia intelligitur de omnibus cogitatum & conſenſum. *l. Qui iure. ff. iur. milit. Bald. d. l. pactū quod dotali. q. 16. C. collat. Andr. Tiraquell repet. l. ſi vnquā nu. 16 C. de reuoc. donat. Caſtr. cōſ. 30. ad fin. lib 1 Alex. cōſ. 42. nu. 15. lib.* 1. *Raph. Cuman. cōſ. 7.* adeo vt renunciatio generalis etiā ſpē in feudū ſuccedendi [c] comprehendat, ſi proximiori agnato,

agnato, in quem feudi alienatio iure permiſſa eſt, facta ſit. *Dec. conſ. 389. nu.* 11. *Aym. Crauet. conſ. 303. num. 6.*

c Quid ſit in filio renuntiante de omni eo, quod petere poſſit ex hereditate paterna, explicat *Dec. conſ.* 269. *nu.* 11. *& conſ.* 390. *nu.* 14. vbi inter feudū ex pacto & hereditarium diſtinguit.

Contrarium voluit *Ioann. Cephal. conſ. 523. num 93. cum ſeqq.*

II. Hinc † infertur, quod renuntiationes intelligendæ ſint, rebus ſic ſtantibus, id eſt, ſi de nouo aliquid non ſuperueniat. *Phanuc. de Phanuc. de inuent. part. 7. num. 234. Alciat. c. cum contingat. num. 38. 39. 40. ext. iureiur. Tiber. Decian. d. conſ. 52. num. 18. lib. 1. conſ. 39. num. 37. & num.* 171. *lib.* 2. Ergo non obtinent, ſublatis illis perſonis, quarum contemplatione renuntiatum eſt, vt ſupra fallentia 2. neq; pertinet aut ad ius futurum, & poſtea quæſitum, vt fallentia 16. & 40. aut ad caſus inopinatos & non cogitatos. *Cyn. l.* 1. *num.* 5. *C. mandati.* pulcre *Phanuc. de Phanuc. loco relato num. 232. cum ſeqq. Ioann. Cephal conſ.* 427. *num.* 11. *l. ſi hominem ff. mandati.* 158.

III. Hinc † infertur: verba renuntiationis, quum aliquid operata ſunt, 159.

Digitized by Google

reſtringi debere. *Maſcard. de probat. lib. 3. d. concluſ. 1263. num. 5.* puta, renuntiatio de quibuſcunq; fideicommiſſis facta, intelligitur de præſentibus, quorũ caſus euenit, vel de puris, non de conditionalibus pendentibus a futuro caſu. *Tiber. Decian. conſ. 3. num.* 121. 122. *lib.* 1. *Iacob. Menoch conſ. 282. num. 9. lib. 3.*

IV. Hinc infer ad fallentiam 47.

160. V. Hinc † infertur: ſi renuntiatũ fuerit generaliter omni iuri competenti ex quacunq; cauſſa, quæ dici aut excogitari poſſet, quod ſolum includuntur iura, quæ partes ſciunt, & nõ quæ ignorant. *Boer. de poteſt. legat a lat. q.* 1. *num. 99.*

161. VI. Hinc † infertur, quod renuntiatio in fauorem renuntiantis interpretanda ſit, vt minus præiudicet. *Maſcard. de probat. lib. 3. d. concluſ. 1263. num. 11.*

VII. Hinc infertur, etſi fideicomiſſario heredi ſpẽ fideicomiſſi remittere poſſit. *l.* 1. *C. pact. l. de fideicõmiſſo.* 11. *C. trãſ.* generali tamẽ renuntiatione nõ contineri fideicomiſſum. *Hotoman. conſ. 14. per tot.*

162. LIV. Declara: † Nam vbi in renuntiatione hereditatis quæſitæ, & conſequenter in donatione eſt læſio enormiſſima

miſſima, & dolus præſumtus, omnes clauſulæ calliditate & dolo intelliguntur adiectæ. *Franciſc. Curt. Iun. conſ. 141. num. 19.*

163. LV. Nam † eiuſmodi donatio de immobilibus facta non dicitur ratificata, per quinquennium poſt 25. ætatis annum. *l. ſi quando. C. ſi maior fact. alien. fact. rat. hab. Franciſc. Curt. Iun. d. conſ. 141. nu. 21.*

164. LVI. Limita † in filio per errorem, ebrietatem, iracundiam, aut ignorantiam renuntiante. Nam iuramento errantis pactum renuntiatiuum non firmatur. *Alberic. de Roſ. in Auth. ſacramenta puberum. num. 9. 10. 11. 14. Angel. num. 1. & 2. Corn. num. 13. Humbert. de Bonenc. num. 47. C. ſi aduerſ. vendit. Gabr. Roman. lib. 2. recept. concluſ. tit. de minorib. concluſ. 5. fallen. 11. Simoncell. de decret. lib. 3. tit. 8. num. 176. 177. 178. & num. 204. Ioann. Cephal. conſ. 207. num. 65. cum ſeqq. Iacob. Mandell. conſ. 3. nu. 14. Matth. weſenbec. conſ. 74. num. 58. vſq. 80.*

FINIS.

SVMMARIVM.

T*Extus cum ſua partitione.*

2. *Materia textus huiuſce cotidiana, & auro atq; argento plena.*

Pactum de ſucceſſione tertii omnia pactorum ſucceſſoriorũ genera ſub ſe comprehendit. & nu. 35.

Pacti diſpoſitiui materia huius textus propria.

3. *Partitio textus.*

4. *Summarij relatio.*

5. *Caſus fictio.*

6. *Rationes dubitandi ad textum noſtrum.*

Ex rationibus dubitandi a Bologneto propoſitis intellectus legis noſtræ fluit.

Diſpoſitio collata in tempus habile valet, quamuis inhabili tempore fiat.

De ſpe diſponi poteſt, vt de re.

7. *Ratio decidendi ad textum principalis vna.*

Faciens pactum diſpoſitiuum de ſucceſſione tertij ignorantis, pro inſidiatore habetur eius, de cuius ſucceſſione paciſcitur.

8. *Rationum dubitandi confutatio.*

L. in tempus. ff. de hered. inſtituen. *intellectus.*

L. ſpem. infra de donat. *intellectus.*

9. *Primum requiſitum textus, vt de tertij ignorantis ſucceſſione tractetur.*

Sententia verborum (contra domini voluntatem) in textu noſtro expenſa.

Pactum diſpoſitiuum ſucceſſionis ſubſiſtit, eo, de cuius ſucceſſione agitur, conſenſum adhibente. & num. 119.

10. *Secundum requiſitum textus noſtri eſt pactio aut contractus.*

Digitized by Google

Ceſſat deciſio legis noſtræ in materia legati, ſubſtitutionis pupillaris, exemplaris, fideicommiſſariæ.

11. *Tertium requiſitum eſt, vt pactum aut contractus de hereditate aut rebus alienis fiant.*

12. *Quartum requiſitum eſt, vt pactiones ſub duabus cõditionibus ſint cõpoſitæ, de quibus in textu.*

Diſpoſitiones noſtras poſt mortem tertij concipere, prohibitum non eſt.

Pactio legis noſtræ prohibitione tum continetur, quando ſub ſpe ſuccedendi inita eſt.

13. *Quintum requiſitum textus noſtri, vt ſpes, quæ diſponitur, vana aut ſimplex exſpectatio ſit.*

14. *Regula textus noſtri cum concord.*

15. *Pacta diſpoſitiua ne quidẽ iuramento firmãtur.*

16. *Textus noſter in filijs etiam procedit.*

Et quidem in filijs magnatum etiam.

Sed & ratione legitimæ, & num. 73.

Siue filij inter ſe, ſiue cum alijs paciſcantur.

Succeſſio in ius defuncti quotuplex ſit.

Succeſſio, quæ iure ſanguinis per legem aut conſuetudinem defertur, teſtamento non datur.

Succeßio regia, quæ iure ſanguinis, per legem aut conſuetudinẽ defertur, vt teſtamenti nõ capitur.

De dignitatibus Ducalibus, & ſimilibus, quæ iure ſanguinis ad ſucceßorem in dignitate pertinent, Duces, Marchiones, Principes, Comites regulariter non teſtantur.

C. 1. in princip. de ſucceſſ. feud. *etiam in principibus procedit.*

Principum teſtamenta in multis caſibus a regula exceptis, defendi.

17. *Textus noſter etiam in parentibus paciſcentibus procedit.*

18. *Pactum de hereditate tertij non quærenda modo, ſed & omittenda, legis noſtræ prohibitione continetur.*

Ergo alterius hereditatem ſub conditione legis noſtræ donare non potero.

Spes ſucceſſionis iuxta terminos legis noſtræ diſponi non poteſt.

Diſpoſitio facta de omni iure, quod habeo, vel habere ſpero, non comprehendit ſpem ſucceſſionis.

19. *In obligationem bonorum, quæ quis habet, vel habere ſperat, non veniunt bona ex ſucceſſione poſtea delata.*

Generali obligatione bonorum præſentium & futurorum, etiam bona ex ſucceſſione poſtea obuenta comprehenduntur.

L. fin. C. Quæ res pign. oblig. poſſ. *declarata.*

20. *Procedit textus noſter etiam in hereditate eius, de cuius morte dubitatur, vbi quatuor caſus expenſi.*

L. nec nos. infr. capt. & poſtli. reuerſ. *intellectus.*

21. *Textus noſter obtinet etiam in militibus, Eccleſia, vniuerſitate & muliere.*

22. *Ceſſat deciſio textus noſtri, ſi pacto diſpoſitiuo ratificatio domini accedat.*

23. *Obtinet textus noſter in pacto & quolibet contractu.*

24. *Etiam ad pactum de re particulari textus noſter pertinet.*

Azonis cautela reiecta.

25. *Textus noſter etiam in exſpectatiuis ad officia ſecularia obtinet.*

26. *Ius ex fideicommiſſo conditionali, aliaue ſubſtitu-*

ſtitutione dependens, quatenus legis noſtræ diſpoſitione contineatur.

In fideicõmiſſis non heredi, ſed teſtatori ſucceditur.

Votum captandæ mortis facto teſtatoris inductũ, non conſiderabile: Rationẽ decidendi vide nu. 10.

Heres cui per fideicommiſſum ſubſtitutum fuit, non recte votum captandæ mortis adducit.

27. *Lex noſtra obtinet; ſiue paciſcentes de inæqualiter, ſiue de æqualiter ſuccedendo inter ſe conuenerint.*

Idem eſt ſi pacti ſint, vti ab inteſtato ſucceſſuri ſunt.

28. *Deciſio legis noſtræ ex parte etiam præbendis adhiberi poteſt.*

Obtinet textus noſter etiam in filio paternos debitores liberante.

29. *Etiam donatio cauſa mortis, ceteris paribus, textus noſtri prohibitione continetur.*

Intellectus l. licet. ſupra eod.

30. *Procedit textus noſter ſiue plures ſperent ſucceſsionem, ſiue vnus tantum.*

Sententia l. Quidã. §. 1. ff. donat. & l. 2. ff. his quib. vt indign. *expenſa.*

31. *Sufficit in pacto diſpoſitiuo conditiones textus noſtri virtualiter contineri.*

Textu noſtro non pactum diuiſorium modo, ſed & acquiſitiuũ continetur, vt videlicet ex duobus, qui æquali gradu defunctum attingunt, eoq; ſucceſsionem æqualem ſperant, vnus totam obtineat.

32. *Et hæc pactio (dabo centum de meo, ſi ſucceſſero) textus noſtri deciſione continetur.*

Procedit textus noſter in ſpe ſuccedendi tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.

Digitized by Google

33. *Etſi nulla ſpes ſucceſſionis de præſenti appareat.*

Crimine læſæ maieſtatis tenentur, qui, viuente Papa, de ſucceſſione tractant.

34. *Actus illicitus ne quidem ſub geminata conditione licitus efficitur.*

35. *Pactum de ſucceſſione tertij, omnia pacta ſucceſſoria continere poteſt.*

36. *Ne quidem agnati, poſſeſſore feudi ignorante, de ſucceſſione feudi licite paciſcuntur.*

Quæſtio de reſponſo quodam Schurffiano, & num textus noſter ad feuda quoq; pertineat, latiſſime pertractata.

37. *Sententiæ negatiuæ ratio prima.*

Ius quærendum triplex, quæſitũ & quærendũ, idq; vel ex cauſa de futuro, aut præſenti, vel præterito.

L. 2 Famil. Heriſcu. in Cod. Theodoſ. & omnia iura concord. *in iure quærendo cauſſam de futuro habente, loquuntur.*

38. *In alterius mortem ſperare totaliter reprobatũ.*

Spes ſucceſſionis alienæ præmatura in iure dicitur.

Renũtians omni iuri, quod habet, vel habere ſperat. non intelligitur remittere ius ex noua cauſa.

Donans ius, quod habet, aut habere ſperat, non intelligitur donaſſe ius pendens ex ſucceſſione, ex teſtamento, vel ab inteſtato.

39. *Spes probabilis diſponi poteſt.*

Quæ ſpes probabilis dicatur.

Spes ſucceſſionis ex teſtamento & ab inteſtato vana eſt: quum diſponi nequeat ſecundum Dd. probatur tribus rationibus num. 40.

Num filius ſpem ſuccedendi probabilem habeat.

De ſpe probabili ita diſponi poteſt, vt de re.

40. *Spes*

40. *Spes probabilis eſt, quæ habet initium ex cauſſa de præterito aut præſente, & a futuro euentu pendet.*

41. *Dd. textum noſtrum de ſimplici exſpectatione ſuccedendi exponunt: vt proinde ad ſpem probabilem pertinere non videatur.*

Feuda agnatis ſpe probabili debentur.

Succeſſio feudorum ſeparata eſt a ſucceſſione allodialium.

42. *Negantis ſententiæ ratio ſecunda.*

Deciſio textus noſtri exigere videtur, vt paciſcentes in caſum ſuperuitæ ſuæ pacti ſint: quũ pactio, de qua Schurſius reſpondit, exacte perpenſa, in caſum partim ſuperuitæ, partim præmorientium agnatorum paciſcentium concepta ſit.

43. *Negantis ſententiæ ratio tertia.*

In caſu textus noſtri illi ſucceditur, de cuius ſucceſſione tertij pacti ſunt: In feudo ſucceditur primo acquirenti.

44. *Negantis ſententiæ ratio quarta.*

Dominus feudi, poſſeſſore ignorante, alij promiſſionem de caducitate ſucceſſionis facere poteſt.

Promiſſio de caducitate ſucceſſionis feudalis, dominum feudi vel ad traditionem poſſeſſionis vacuæ, vel ad intereſſe obligat.

Promiſſio hæc domini feudi nõ iure tantũ feudiſtico, ſed & cõmuni, ſecundũ quoſdã defendi poteſt.

45. *Negantis ſententiæ ratio quinta.*

Viuo vſufructuario, aut colono, dominus inueſtire alium poteſt, poſt eorum mortem.

46. *Negantis ſententiæ ratio ſexta.*

Valet pactum diſpoſitiuum, ſuſpicione, de qua in textu noſtro, purgata.

Digitized by Google

In themate, quod iam olim Schurffio propoſitum fuit, omnis ſiniſtra ſuſpicio ceſſauit.

Principes imperij non niſi legalibus viris feuda concedunt.

Poſſeſſor feudi in foro maxime Saxonico, & vbi ius coniuncta manus obtinet, approbat, ſimultaneam inueſtituram habentem.

In fideicommiſsis conditionalibus heres perſonam fideicommiſsarij probare intelligitur.

Inter Germanos, propter eorum integritatẽ, deciſio textus noſtri in totũ tolli poſſet, auctore Bologneto.

47. *Negantis opinionis ratio ſeptima.*

Deciſio textus noſtri ad ſpem ſucceſſionis teſtamentaria reſtringenda videtur.

48. *Negantis opinionis ratio octaua.*

Bonum argumentum a fideicommiſso ad feudum.

Fideicommiſſarius cum tertio de iure fideicommiſſi, herede ignorante, paciſci poteſt.

49. *Negantis ſententia nona ratio.*

Pactio agnatorum non tam de hereditate, quam de bonis, aut quota bonorum fit.

Negantis ſententiæ decima ratio,

Spes feudalis ſucceſsionis diſponi poteſt.

Renuntians iuri, quod habet, aut habere ſperat, etiã intelligitur ſucceſsioni feudali renuntiaſse.

50. *Affirmantis ſententiæ ratio prima.*

51. *Affirmans opinio receptior.*

Pactum de caducitate ſucceſsionis, ex mente interpretum ſub regula textus noſtri comprehenſum eſt, ſed ab ea moribus feudiſticis excipitur.

52. *Placentinorum ex vna & Cremonenſium atq; Mediolanenſium ex altera parte, de pacto caducitatis ſucceſsionis diſſenſio.*

Ad

Digitized by Google

Ad Mediolanenſium & Cremonenſium ſententiam approbatam, quæ detur ratio decidendi.

53. *Baldus quinq; rationibus probat, pactum de caducitate ſucceſſionis iuri cõmuni conuenire.*

54. *Legatum, quod pater de ſeruo caſtrenſis peculij, viuo filio, fecit, effectum habet, ſi poſtea filius, viuo patre, decedat.*

Sententia l.ſeruum.ff.de legat.1.

55. *Viuente vſufructuario, vſumfructum alteri concedere potero, cum prioris vſufructuarij eſſe deſierit.*

56. *Vaſallus ignoranter de feudo tertij inueſtitus de euictione agere poteſt.*

57. *Obligatus non alienare, cum effectu alienare poteſt, etſi ad intereſſe teneatur.*

Promiſſiones de caducitate ſucceſſionum illis, quorum mors exſpectatur, periculoſæ.

58. *Promiſſio de caducitate ſucceſſionis non eſt de futura ſucceſſione ſecundum Baldum.*

59. *Nonnullis viſum textum noſtrum in ſpe vana, iura feudiſtica de caducitate ſucceſſionis loquentia, de ſpe probabili accipienda.*

Afflictus promiſſionem de caducitate ſucceſſionis tum valere exiſtimat, ſi a principe fiat, non ſi ab inferiori.

60. *Tiberius Decianus cum alijs Placentinorum ſententiam ſequitur.*

61. *Pactum diſpoſitiuum de hereditate hominis incerti validum.*

L.3.§.de illo.ff.Pro ſocio *ſenſus, & num.*116.

62. *Feudum multis alijs modis, quam per mortem vaſalli ad dominum reuertitur.*

63. *Communis intellectus & conciliatio iuris feudiſtici & textus noſtri eſt, quod pactum diſpoſitiuum ſucceſſionis, iure ciuili Romano improbetur: promiſsio autem de caducitate ſucceſſionis, moribus feudiſticis ſuſtineatur.*

64. *Si promiſſio de caducitate ſucceſſionis iure ciuili communi non tenet, moribus autem defenditur: multo minus pacta diſpoſitiua agnatorum de ſucceſſione tertij ignorantis iure ciuili communi defendi poſſunt.*

Pactum diſpoſitiuum agnatorum de ſucceſſione tertij ignorantis, cum themate legis noſtræ maiorem habet conuenientiam, quã cum promiſſione de caducitate ſucceſſionis.

Conſuetudo feudiſtica, qua promiſſio de caducitate ſucceſsionis defenditur, eſt odioſa & nullatenus extendenda.

Pactum diſpoſitiuum agnatorum de ſucceſsione tertij ignorantis, iure feudali nõ eſt comprehenſum, vt proinde maneat ſub iure communi, prohibente pacta diſpoſitiua.

65. *Textus noſter ad feuda quoq; pertinet, niſi quatenus moribus feudiſticis aliud eſt receptum.*

Teſtator in hereditate ſua alij ignoranti & inuito ſuceſsorem ſtatuere, & voto captandæ mortis alienæ locum facere nequit: Quare ne quidem actibus inter viuos tale aliquid facere licet.

66. *Textus noſtri deciſio ad ſpem vanam minime reſtringenda.*

Omnium ſucceſsionum pacta diſpoſitiua deciſione legis nõſtræ continentur, etſi paciſcentes ſpem probabilem habeant.

Papa

Digitized by Google

67. *Papa cum Cardinalibus de futuro ſucceſſore deliberare poteſt.*

Crimen laſæ Maieſtatis committit, qui, viuente Papa, de eius ſucceſſione paciſcitur.

68. *Ratio decidendi ex textu noſtro præbendis ab ipſo Pontifice adhibita.*

Epiſcopus aut patronus ſpem de præterito radicatam diſponere nequeunt.

In Eccleſia ſucceſſiones et pacta ſucceſſoria ꝓhibita.

69. *Romæ Cæſarum temporibus capitale fuit, ſi quis de futuris a morte Imperatoris contingentibus diſceptaſſet.*

70. *Spes ſucceſſionis primogenitorum regis Galliæ, Hiſpaniæ, Scotiæ, & Electorum in imperio probabilis quidem eſt, ſed ignorantibus parentibus, minime diſponi poteſt.*

Regum aut Electorum filijs, ſub conditione mortis parentum & ſucceſſionis ſuæ regiæ, aut Electoria feuda concedere, aut alia diſpoſitiua pacta facere non licet.

71. *Deciſio textus noſtri ad filios magnatum quoq; pertinet.*

Regina Apuliæ in caſum mortis ſuæ conſenſum pacto aliorum diſpoſitiuo adhibere noluit.

Canone concilij Toletani excommunicantur, qui futuram regni ſpem, ignorante & inuito rege, diſponunt.

72. *Filij Ducum, Comitum, feudatariorum ſpem ſuccedendi probabilem non diſponunt.*

Filij Ducum, Comitum, viuentibus parentibus, duces, Comites.

Feuda ſubiecta regno, electoratui, ducatui, naturam capitis habere intelliguntur.

73. *Primogeniti & filij ſpem reſpectu primogenituræ & legitimæ certorum effectuum ratione probabilem, non diſponunt.*

L. 1. §. ſi impuberi. ff. collat bon. *explanata.*

Filius, qui ius præcipui aut legitimæ, viuo & ignorante patre, diſponit, tota ſucceſſione patris priuatur.

74. *Spes ſubſtitutionis pupillaris probabilis, diſponi non poteſt, niſi ratione conſequentiæ ſecundum communem: contraria verior, quod nullatenus diſponi poſſit.*

Ad l. 2. §. illud. ff. hered. vel act. vend. *intellectus quis communis, quis verior.*

75. *Ne quidem de iure ex contractu valido competente ita recte paciſcor, vt conditiones textus noſtri complectár.*

Num de tuo proprio patrimonio certam ſummam valide promittere poſſis, ſi Sempronius moriatur, & eius hereditas ad te veniat.

76. *Creditores paterni filio certam debiti partem valide remittunt, ſi pater morietur, & filius illi ſuccedet.*

Vera & communis ratio decidendi ad l. & ſuum. §. idem probat. ff. eod.

77. L. & heredi. §. filia. ff. eod. *ſenſus.*

78. *Quatenus ius primogenituræ particulare ex lege contractus cōpetens, viuo patre, diſponi poſſit.*

Renuntiatio iuris primogenituræ, quam Eſauus fratri Iacobo fecit, deciſioni textus noſtri cōgruit.

Ius primogenituræ inter Iudæos in certis iuribus conſiſtit.

Deciſio textus noſtri non requirit, vt ſuper hereditate tota, eiusue quota pactum ſit.

79. *In themate, quod Schurffio propoſitum fuit, requiſita textus noſtri concurrunt.*

Exempla non reſtringunt.

Textus noſter ad omnia ſucceſſionum & bonorum genera accommodari poteſt.

In cauſſis feudiſticis in ſubſidium ad ius commune recurrimus.

80. *Feudum hereditarium eſt, in quo iure hereditario ſucceditur.*

In electoratu Marchiæ Brandenburgenſis filij & agnati in ſubſidium de feudis æs alienum defuncti exſoluere coguntur.

Quando finis prohibetur, qualibet via eodem tendens prohibita intelligitur.

81. *Pactum quod duplici vitio laborat, maiori odio habetur.*

Saxonia veterum Germanorum iure etiam hodie adhuc vtitur, quo ad ſucceßionem collateraliũ in feudis.

In foro Saxonico præter ius coniunctæ manus nullum ſucceßionis feudalis vinculum habetur.

Simultaneæ inueſtituræ adquirendæ aut immutandæ ius, quid in foro Saxonico requirat.

In necem agnatorum, ordo ſucceßionis feudalis immutari nequit.

Contractus feudalis eſt ſtricti iuris, in quo nihil extrinſecus intelligendum, ſed tenor inueſtituræ ad literam tenendus eſt.

Paria ſunt ſpem nullam habere, & in eum caſum diſponere, in quem natura actus non porrigitur.

Spei ratione non plus eſt concedendum quam ſi ducta foret ad effectum.

Agnatus qui feudum iam obtinuit, ordinem ſucceßionis feudalis cum præiudicio illorum, quibus ius quæſitum eſt, immutare nequit: Ergo ne quidem ſpem habenti id licet.

82. *In conflictu rationum pronuntiandum deciſioni textus noſtri locum eße.*

Quando paciſcentes de mortui, vt abſentis hereditate paciſcuntur, deciſioni legis noſtræ locus eſt.

Actus ſe habens ad promißionem & prohibitionem prohibitus intelligitur.

Sentẽtia l.nec nos. infra captiuis & poſtl.reuerſ.

83. *Pactum diſpoſitiuum componentes ſucceßione tanquam indigni priuantur.*

Textus noſter pacta diſpoſitiua non ſimpliciter, ſed relatiue, iuxta veteres ſcilicet regulas, reprobat, quæ paciſcentes a ſucceßione excludunt.

Quum textus noſter ad feuda quoq; pertineat, paciſcentes pœnæ indignitatis ſubiacere conuincitur.

84. *Ex iiſdem cauſis ſpes in feudo ſuccedendi amittitur, ex quibus quis feudo priuatur.*

Vaſallus feudo cadit, nõ tãtũ ex cauſis in iure feudali expreßis, ſed etiã ex ſimilibus aut maioribus.

Verſic. Prædictis.& verſic. ſed quia natura. in c. Porro. Quæ fuit prima cauſ. benefic. amit. *explanati.*

Vſus feudorum interpretationem paßiuam a iure communi habent: & extenduntur iuris communis ſuffragio,

85. *Pacta ſucceßionis diſpoſitiua componentes contra bonos mores, & ius gentium, eoq; grauiter delinquunt.*

Ex actu nullo pœna priuationis non incurritur, ſed contrarium defenditur, num. 86.

Digitized by Google

Caſus l. 2. §. fin. ff. his quib. vt indign. & l. Quidã. §. 1. ff. de donat. *an a caſu textus noſtri diſtinguantur. & num.* 85.

Num caſus præcit. textuum maiorem rationem habeat quam caſus legis noſtræ.

86. *Imp. caſus iuris veteris & textus noſtri vna regula comprehendit.*

87. *Ratio in lege ſcripta, caſus, quos ſub ſe comprehendit, non per extenſionem, ſed per intenſionem complectitur.*

88. *Deciſio quæſtionis per diſtinctionem.*

In hereditarijs feudis ex receptiori ſentẽtia vltimo morienti & iure quodam hereditario ſucceditur.

Quæ neceſſaria ſint , vt deciſio. c. Porro. ad fin. Quæ fuit prima cauſ. benef. amit. *obtineat.*

Primogeniti Regum regnorum hereditariorum ſucceſſione ex ijsdem cauſſis exuuntur, ex quibus quis hereditaria ſucceſſione priuatur.

In feudis ex pacto neq; vltimo morienti , neq; iure hereditario ſucceditur.

Quæ neceſſaria ſint ad hoc, vt tit. in ff. & C. de his quib. vt indign. *obtineant.*

Spes ſucceſſionis filiorum & agnatorum in allodialibus etiam diſpoſitionis reſpectu probabilis.

Intellectus Dd. ad textũ noſtrũ de ſpe vana, ex definitione ſpei probabilis ab illis propoſita, cõfutatus.

89. *Spes ſucceſſionis diſponi poteſt in materia pacti acquiſitiui, renũtiatiui, cõſeruatiui, & diſpoſitiui.*

90. *Deciſiones* l. 3. §. de illo. ff. pro ſoc. l. 2. §. illud. ff. hered. vel act. vend. l. ſi quis ſeruum. ff. act. emt. & §. cum autem impubes. Inſtitut. de adopt. *probant ſpem ſucceſſionis diſponi poſſe.*

91. *Neq; ad ſpem vanam textus noſter recte reſtringitur: neq; ſpes probabilis iuxta terminos legis noſtræ recte diſponitur.*

92. *Duo tit. in ff. &c.* C. de his quib. vt indign. *exigunt, vt paciſcens illi, de cuius ſucceſſione agitur, ſuperſtes ſit.*

Textus noſtri deciſio non exigit, vt omnes illi, qui pactum diſpoſitiuum fecerunt, tertio ſuccedant, aut ſuperſtites ſint.

Verba textus illa (ſi ad hereditatem vocentur hi, qui huiuſmodi pactiones fecerunt) expenſa.

Subſtantia textus noſtri in quo conſiſtat.

Pactum diſpoſitiuum, quo componentes illud, filios quoq; ſuos complectuntur, duplici nomine reprobatum.

93. *In pacto diſpoſitiuo, quo ad actus nullitatem, ſucceſſio ἐν πλάτει, aut quaſi ſucceſſio ſufficit.*

Beneficia eccleſiaſtica & fideicommiſſa deciſione textus noſtri continentur, etſi in ijs hereditaria ſucceſſio non detur.

94. *Inueſtitura de caducitate ſucceſſionis conſuetudine feudiſtica odioſa in vſum recepta, ad alios caſus porrigenda non eſt.*

95. *Prædia, in quibus vſusfructus conſtitutus eſt, viuo vſufructuario, vendi poſſunt.*

Viuente vſufructuario, alij vſusfructus concedi poteſt, ſi finiatur.

Num proprietarius vſumfructum alteri concedere poſſit, ſi per mortem vſufructuarij finiatur.

96. *Sententia* l. in tempus. ff. hered. inſtit.

97. *Quæſtio de vſufructus conceſſione a themate, quod Schurffio propoſitum fuit, diſtincta.*

L. Qui

Digitized by Google

98. L. Qui fructus. l. fundi. ff vſufr. leg. & l. vt heredibus. ff. legat. 2. *expenduntur.*

99. L. Quodcunq;. §. 1. & 2, ff. verb. obligat. & §. poſt mortem. Inſtitut. de inutilib. ſtipul. & l. ſi poſt mortem. ff. legat. 1. *a diſputatione noſtra ſeiuncta.*

100. *Quatenus perſona ſimultanee inueſtita a domino & feudi poſſeſſore probetur.*

Non qualibet perſonæ approbatio pactum diſpoſitiuum confirmat.

101. *Quatenus approbatio tertij pactum diſpoſitiuum confirmet.*

102. *Dd. magis communiter textum noſtrum de ſpe ſuccedendi ab inteſtato recte accipiunt.*

Ioannis Ramati intellectus ad textum noſtrũ expenſus.

103. *Fideicommiſſarius & heres recte inter ſe paciſcuntur.*

Fideicommiſſarius ſub conditione mortis heredis & ſucceßionis, non recte cum tertio paciſcitur iuxta veriorem ſententiam.

104. *Quatuor rationes, quibus pactum diſpoſitiuum agnatorum feudale nititur, confutatæ.*

Burſati reſponſum 136. lib. 2. expenditur.

Pactum diſpoſitiuum etiam de rebus certis initum, tribus apertißimis textibus improbatur.

105. *Cagnoli doctrina hic* num. 136. *expenſa.*

106. *Quatenus feuda diſpoſitioni legis noſtræ ſubſint.*

Ad quem feudum iuxta terminos legis noſtræ commiſſum ſpectet, & num. 129.

107. *Caſus a regula noſtra excepti, diſtinguendo ab antiquioribus explicantur.* N 5

Digitized by Google

Baldi diſtinctio in c. ſi quis inueſtierit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. *recitata, & ab Afflicto plurimum commendata, ſed fruſtra.*

108. *Diſtinctio Richardi ad textum noſtrum plene relata.*

109. L. & ſuum. §. idem probat. ff. eod. *declarata.*

Filius, viuo patre, cum paternis debitoribus paciſci poteſt.

Dd. mirifice variant circa rationem decidendi ad d. §. idem probat.

110. *Num filius, viuente patre, debitores illius liberare poſſit.*

111. *Valet pactio, ſi promiſero alteri habere licere rē viuentis, ſi ad me perueniat ex ſucceſſione: Sed communis eſt in contrarium.*

112. *Pactum diſpoſitiuum valet in necem paciſcentium, quia fiſcus eis hereditatem aufert.*

L. 2. §. fin. ff. his quib. vt indign. & l. quidam. §. 1. ff. de donat. *explicata.*

Pactū diſpoſitiuū cōponentes grauiter delinquunt.

113. *Pœna indignitatis paciſcentium obtinet, etſi ſuper vna re tantum pactum ſit.*

Pœna indignitatis etiam procedit in filijs paciſcentibus & minoribus.

114. *Pœna indignitatis ceſſat, ſi pactum fiat auctoritate legis vel iudicis.*

Pactum diſpoſitiuum non eſt perfectum, niſi ſecuta morte tertij: ideoq; interim pœnitentiæ locus eſt.

Pactum diſpoſitiuum, num poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione quæritur, ratificari poſſit.

Indignitatem ſolus fiſcus opponit.

Indignitatis pœna ceſſat, domino ratificante, & paciſcente

ciſcente ſeipſum deferente, aut vbi iam alij ius eſt quæſitum.

115. *Poſſunt plures paciſci de ſuis bonis, vt, vno decedente ſine liberis, ſuperſtes habeat res certas.*

116. *Valet pactum diſpoſitiuum de hereditate hominis incerti.*

117. *Valet pactum diſpoſitiuum, quando conuentio venit in exſecutionem præcedentis contractus.*

Intellectus l. ſi quis ſeruum. ff. act. emt.

118. *Valet pactum diſpoſitiuum ratione conſequentiæ & vniuerſitatis.*

Multa cum vniuerſitate tranſeunt, quæ ſpecialiter non transferrentur.

L. 2. §. illud la 1. ff. hered. vel act. vend. *exponitur, eiusq; intellectus referuntur.*

119. *Valet pactum diſpoſitiuum, eo, de cuius ſucceſſione conuentio inita eſt, conſentiente, & in conſenſu perſeuerante.*

Num conſenſus domini vim teſtamenti habeat.

120. *Gloſſa hic* verb. accommodauerit. *expoſita.*

Qui non poteſt acquiſitiuum pactum facere, alijs diſpoſitiuum pactum componentibus, recte conſenſum accommodat, & quæ ſit ratio diuerſitatis.

Non recte ex gloſſa noſtra colligitur, eum qui per ſe actum conficere nequeat, alij facienti conſentire poſſe.

Etſi pactum ſucceſſionis acquiſitiuum non valeat, nihil tamen impedit, quo minus bona mea poſt mortem per ſtipulationem alteri donem aut promittam.

In donatione aut promiſſione bonorũ, regula affir-

matiua, in pacto acquiſitiuo negula regatiua ſtatuenda, & vbi vtriuſq; limitationes nequirendæ ſint.

Caſus ſucceßionis conuentionalis.

Cautela pro ijs, quibus in contractibus matrimonialibus illuditur.

Pactum ſucceßorium quo pacto a donatione aut pacto licito ſecernendum.

121. *Conſenſus & ratificatio in textu noſtro paria.*

Ex conſenſu præſtito paciſcentibus nihil iuris quæritur, quamdiu is reuocabilis eſt.

Etiam tacita renuntiatione conſenſus præſtitus tollitur.

De re alterius teſtari poſſum, domino aſſentiente.

Conſenſum, de quo in textu noſtro, minor quoq; paciſcentibus accommodare poteſt.

Conſenſus duobus teſtibus probatur.

Conſenſus tacitus in textu noſtro ſufficit ex communi.

Conſenſus reuocabilis etſi iuramentum acceſſerit.

Diſpoſitio generalis in dubio non trahitur ad pactũ iuratum.

Rex Arragonum duo regna hereditaria inter filios diuiſit, illis cum iuramento diuiſioni conſenſum adhibentibus.

122. *Vi conſenſus adhibiti non ſucceditur: Ergo non prodeſt niſi illis, qui æquali gradu teſtatorem attingunt.*

Conſenſus adhibitus iuxta materiam textus noſtri, eſt conditionatus.

Num Monachi, conſenſu Abbatis, futurum Abbatem eligere poßint.

123. *Pro-*

123. *Procedit textus noſter etiã in foro conſcientiæ.*

Textus noſter loquitur in pacto ſucceſſorio.

124. *Fallit textus noſter, vbi quis de re ſua in caſum mortis alterius diſponit.*

125. *Num deciſio textus & iurium concord. per pactum regium tolli poßit.*

De iure primogenituræ ad rem certam ex cõtractu competente pactum diſpoſitiuum componi poteſt.

126. *De ſucceßione mortui, quem paciſcentes firmißime mortuum credunt, pactum componi poteſt.*

Pro dote ſororis filius ſe, patre viuente, obligare poteſt.

127. *Pure, ſuper re aliena, animo me obligandi licite etiam ſine domini voluntate, cum alio paciſcor.*

Filius paternis creditoribus certum quid dare poteſt in vita patris, vt eum non moleſtent, ſi patri poſtea ſuccedat.

128. *De ſucceßione mortui, quem paciſcentes mortuum ſciunt, licite paciſcimur.*

Fallit textus noſter in pacto ratione formæ nullo.

129. *Feuda iuxta deciſionem textus noſtri commiſſa, fiſco minime vendicantur.*

Deciſio textus noſtri feudis non aliter niſi in ſubſidium adhibenda.

Fiſcus extranei heredis vicem obtinet: Ergo quæ ad extraneos heredes nõ tranſeunt, ne ad fiſcum quidem tranſire poſſunt.

L. Fin. C. de pact.

Imp. *Iuſtinianus A. Ioanni Præfec. Prat.*

DE *quæſtione* (1) *tali a Cæſarienſi aduocatione* 1.

1 Prima pars textus, continens thema Imp. Iuſtiniano a Cæſarienſi aduocatione propoſitũ.
a Ciuitatis Cæſarea, ut poſt Alciat. Bologn. h. num. 14.
2, Secunda pars, Ratio dubitandi pro parte negatiua, quod pacta diſpoſitiua ſuper aliena hereditate nõ valeant.
3. Ratio dubitandi pro parte affirmatiua.

tione [a] interrogati ſumus: *Duabus vel pluribus perſonis ſpes alienæ hereditatis fuerat, ex cognatione forte ad eos deuoluendæ: Pactaq; inter eos inita ſunt pro aduentura hereditate, quibus ſpecialiter declarabatur, ſi ille mortuus fuerit, & hereditas ad eos peruenerit, certos modos in eadẽ hereditate obſeruari: Vel, ſi forte ad quoſdã ex his hereditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire. Et dubitabatur, ſi huiuſmodi pacta ſeruari oporteret. Faciebat (2) autem eis quæſtionem, quia adhuc ſuperſtite eo, de cuius hereditate ſperabatur, huiuſmodi pactio proceſſit.*

Et quia (3) non ſunt ita confecta, quaſi omnimodo hereditate ad eos peruentura, ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt: ſi ille mortuus fuerit, & ſi ad hereditatem vocentur hi, qui huiuſmodi pactionem fecerunt.

Etſi conuentio facta ſit tempore prohibito, id eſt, viuente illo, de cuius hereditate agitur: fuiſſe tamen ſub duplici conditione collatam in tempus permiſſum (id eſt poſt mortem illius, & poſtquã ad paciſcentes deueniſſet hereditas) nequaquam autem ita compoſitam, quaſi hereditate omnimodo ad eos peruentura, quorſum l. quidam 30. §. 1. ff. donat. & l. 2. in fin. ff. his quib. ut indig reſpiciant.

4.5. Deciſio quæſtionis propoſita, cũ ratione decidendi.
1. Exceptio

Sed nobis (4.5.) omnes huiuſmodi pactiones odioſæ eſſe videntur, & plenæ triſtiſſimi & periculoſi euentus. Quare enim quodam viuente & ignorante, de rebus eius quidam paciſcentes

Digitized by Google

ciſcentes conueniunt: Secundum veteres itaq; regulas ſancimus, omnimodo huiuſmodi pacta, quæ contra bonos mores inita ſunt, repelli, & nihil ex his pactionibus obſeruari: niſi ipſe forte, (6) de cuius hereditate pactum eſt, voluntatem ſuam eis accommodauerit, & in ea vſq; ad extremum vitæ ſuæ ſpatium perſeuerauerit. Tunc etenim ſublata acerbiſſima ſpe, licebit eis, illo ſciente & iubente huiuſmodi pactiones ſeruare: quod etiam anterioribus legibus & conſtitutionibus a *non eſt incognitũ, licet a nobis clarius eſt introductum. Iubemus etenim, (7) neq; donationes talium rerum, neq; hypothecas penitus eſſe admittendas, neq; aliũ quemquam contractum: quũ in alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur. Dat. Kalendis Nouembr. Conſtantinopoli, poſt conſulatum Lampadij & Oreſtis VV. CC.*

& limitatio ad deciſionem textus.

a Intelligit l. 2. Famil. Herciſc. in Cod. Theodoſ. Cuius verba ita habẽt: Null[i] quidem de bonis vſurpandus viuorum, nec diuidendi cõtra bonos mores conceſſa licentia eſt. Sed ſ[i] præcipiente matre bona eius inter ſ[e] liberi diuiſerint: placuit omnifariã nobis huiuſmodi diuiſionem durare: ſi modo vſq; ad extremum eius viuendi ſpatium, voluntas eadem perſeueraſſe doceatur.

7 Extenſio & ampliatio ad textus noſtri regulam.

Textum † hunc interpretes plurimum cõmendant: quod habeat materiam cotidianam, notabilem, ſingularem, auro & argento plenam, vt per Baldum, Curtium, Cagnolam, alioſq; 2

hic, neq; immerito: quum pactum de hereditate tertii, non diſpoſitiuũ modo, ſed & conſeruatiuũ, renuntiatiuũ & adquiſitiuum pactum comprehendat: de quibus omnibus pactorum ſucceſſoriorum ſpeciebus hic diſſerere ſolent. Sed quia de pacto renuntiatiuo ad textum *c. Quamuis. de pact. in 6.* de adquiſitiuo autẽ in prælectionibus Lipſienſibus diſputaui: & pactum conſeruatiuum ſuam peculiarem ſedem habet: intra cancellos pacti diſpoſitiui præſens tractatio ſeſe continebit, quod proprie ad hanc legem pertinet. *Ioann Bolognet. h. num.* 11. *& num.* 154.

PARTITIO TEXTVS.

3 DIuiditur † communiter textus in quinq; partes, vt hic per *Bartolum Curt. ante num Bologn. num.* 15. *Gozadinus & Iaſ. ante num.* ad ſex vſq; partes progrediuntur. Ego ex interpretum noſtrorum partitionibus eam ſequor, de qua ad textum iam memini.

SVMMARII RELATIO.

4 EX † omnium interpretum argumentis, Caſtrenſis ſummarium placet:

cet: pleraq; alia, vtpote mutila diſplicent. Illius ergo ſententiam, maioris perſpicuitatis cauſſa, plenius ita propono. Conuentiones ſeu contractus celebrati ſuper hereditate aut bonis tertii adhuc viuentis & ignorantis, ſub ſpe ſucceſſionis, in vnum omneſue ex paciſcentibus aut contrahentibus deuoluendæ, non valent: niſi is, cuius ſucceſſio ſperatur, conſentiat, & in cõſenſu vſq; ad mortem perſeueret. h. d.

CASVS FICTIO.

COmmentatores, † quos mihi videre contigit, duos caſus in hoc textu tractari, & ita inter ſe differre dicunt: quod in primo plures ſperauerint hereditatem ad ſe peruenturam, & pacti ſint ſuper ea certo modo diuidenda: in ſecundo autẽ alter tantum ſucceſſionem exſpectarit, alter non: & primus cum ſecundo contraxerit, vendendo, pignorando, vel donando bona ad ſe peruentura. Ita de ſentẽtia aliorũ not. *Caſtr. h. num. 3. Ioann. Bolognet. nu. 11.* Quæ recte quidem dicuntur: totam autem huiuſce textus ſententiam minime aperiunt. Cauſſa erroris interpretibus

Digitized by Google

illa textus verba (Et ſi ad hereditatem vocentur hi, qui huiuſmodi pactiones fecerunt) exſtitere: quæ ex præcedentibus illis (vel ſi forte ad quoſdam ex his hereditatis commodum peruenerit) fuerunt ſupplenda. Quod quum ab illis animaduerſum non ſit, pleriq; textum ad præcitatos duos caſus reſtringunt. Hinc omnium prope themata ad textum mutila ſunt atq; imperfecta.

Deinde aliqui caſum in iis ponunt, qui ex teſtamento ſucceſſionem ſperant, vt *Ioann. Bologn. h. num. 16. Romat. c. Quamuis. num. 13. de pact. in 6. Forcat. dialog. 55. num.* 4. Pleriq; in ſucceſſionem inteſtamentariam ſperantibus textum exemplificant: Quorum thema ſic plenius propono: Duo agnati A. & B. proximiores alteri agnato ſeniori C. ſine filiis exſiſtenti, habentes ſpem ei ab inteſtato ſuccedendi, inter ſe pacti ſunt, ſi C. moreretur, & illi ad hereditatem vocarentur, quod A. res illius Italicas, B. Germanicas habeat. Si autem ad alterum illorum ſolummodo hereditas deuolueretur, [a] altero ex illis paciſcentibus

tibus ante C. mortuo, præmortui heredes certas res illius hereditatis donatas obtineant.

a Hic pro facto addere poteram caſum, quem in terminis habui, vbi duo fratres pacti ſunt, ſi vnus ex illis ante agnatum, a quo ſeptimo gradu diſtabant, præmorentur, illius ſucceſſio ad fratrem ſuperſtitem & præmortui liberos pertineret. Sed eiuſmodi thema adhibere malui, quod omnibus partibus textus conueniret.

Dubitabatur nunquid eiuſmodi pactiones valerent.

Videbatur, quod ſic.

Decidit Imp. niſi is, de cuius ſucceſſione tractatur, conſenſerit, & in conſenſu vſq; ad mortem perſeueret, eiuſmodi conuentiones minime valere: & ſuam deciſionem extendit, vt in fine textus hic.

RATIONES DVBITANDI.

IOannes † Bolognetus hic *nu. 16.* octo dubitandi rationes cum reſponſionibus ſuis habet: ex quibus genuinus textus noſtri intellectus fluit. 6

Poſſunt autem multo plures adferri, quas cum reſolutionibus ſuis, ex fallentiis infra propoſitis, nemini non elicere promtum eſt. Vt proinde illarum

recitatione omiſſa, duas tantum proponere conſtituerim.

RATIO DVBITANDI I

EST in textu, quā Dd. hac argumenti forma perſpicue & eleganter complexi ſunt:

Diſpoſitio collata in tempus habile valet, quamuis inhabili tempore fiat. *l. in tempus* 62. *ff. hered. inſtituen.*

At diſpoſitiuum pactū textus noſtri, in tempus habile collatum eſt.

(Illi enim, qui ſpem ſucceſſionis habuere, ſub duabus conditionibus pacti ſunt, poſt mortem videlicet eius, de cuius hereditate diſpoſuerunt, & ſi ad omnes aut aliquos eorum ſucceſſio perueniret: Quod tempus proculdubio habile eſt: purificatis namq; illis duabus conditionibus, de ſucceſſione obuenta tanquam de re propria diſponere poſſent.)

Ergo diſpoſitio valet. *Dec. h. num.* 15. *ibi Cagnol. num.* 4.

DVBITANDI RATIO II.

DE ſpe diſponi poteſt, vt de re. *l. ſpem.* 3. *C. de donation.*

Sed paciſcentes aut omnes, aut aliqui

qui habent ſpem ſucceſſionis: vt dicit textus hic.

Ergo &c. *Cagnol. hic. num.4.*

RATIO DECIDENDI.

DD.†communiter duas rationes decidendi in textu proponi dicunt: 7
Cagnol. *nu.18. cum ſeqq.* ad tres vſq; progreditur. Ego vnam a Iuſtiniano adferri video,[a] non duas, non tres, *Dec. obſcure h. num.15.* Votum ſcilicet captandæ mortis alienæ, cui aliæ cohærent. *Bolognet. h. num.23.* Verba autem textus finalia, ad deciſionem pertinent: ad rationem decidendi referri non poſſunt, niſi Imperatorem nugari, & pro decidendi ratione principium petere diximus.

a Talis paciſcens legis interpretatione pro inſidiatore habetur eius, de cuius hereditate paciſcitur. *l.2. ad fin. ff. his quib. vt indign. l. quidam in iure. § fin. cum l. ſeq. ff. donat. iunct. textu noſtro hic. Vaſq. de ſucceſſ reſol. lib.2. §.20. num.5.*

Deciſio ita habet.

In rebus alienis, domino ignorante, quaſi hereditate omnimodo ad vnum pluresue paciſcentes peruentura, aut ſub præcitatis duabus conditionibus aliquid fieri, (cõtrahendo) aut paciſci,

(de diuidendo certiſue conuentionibus obſeruandis) ſecta temporum noſtrorum non patitur. Rationem decidendi adfert Imperator, quod omnes huiuſmodi pactiones, (quæ vel eo modo, vt in textu, ſub duabus canditionibus, aut quaſi hereditate omnimodo ad vnū pluresue ex paciſcentibus peruentura componuntur) plenæ ſint triſtiſſimi & periculoſi euētus, eoq; odioſæ & contra bonos mores: & ſpes ita paciſcentium acerbiſſima illi, cuius de bonis tractatur, eoq; improba.

RATIONVM DVBITANDI confutatio.

8 AD † primam rationē & regulam *d. l. in tempus.* reſpondent Dd. quod nō procedat, quando de præſenti aliquid turpe continet. Nam tunc lex reſiſtit initio. *l. ſi minor 4. ff. ſeru. exportan. Iaſ. h. nu. 8. ibi Dec. num. 7. in 5. notab. Cagnol. num. 5. Bolognet. nu. 16. & 61. Gemin. in c. ne captandæ. num. 4. de conceſſ. præben. in 6.*

Ad ſecundam dicunt, textum *d. l. ſpem.* de ſpe probabili accipiendum: quum lex noſtra de ſpe vana & improbabili loquatur. *Iaſ. num. 4. Cagnol. num. 5.*

de

de cuius reſponſionis veritate, infra ampliatione 28. diſputabitur, ſub *num. 66. cum ſeqq. & num. 89. cum ſeqq.*

Alio modo reſponderi poteſt ex traditis per *Bolognet. h. num. 4. 5.*

REQVISITA.

POrro † vt deciſioni textus noſtri locus ſit, requiritur I. vt de tertii ignorantis b ſucceſſione tractetur. *text. & Dd. h.* 9

b Iaſon *h. num. 2.* exiſtimat, finalia illa verba textus (contra domini voluntatem) de præſumta voluntate intelligenda: quum lex præſumat, etiam ignorantem videri contradicere ei, quod ſibi periculoſum eſt. Vera autem expoſitio eſt, quod præpoſitio (contra) accipiatur pro citra, vt in *l. falſus 19. vbi gloſſ. verb. citra. C. de furtis. Alber. de Roſat. in diction. verb. contra. quam text. ibi* (quodam viuente & ignorante) euidenter probat. *num. 1.* paulo ante *num. 28.* Notabis præterea, non ſufficere ad pacti validitatem, aut paciſcentium exculpationem, tertii ſimplicem ſcientiam. *Forcat. dialog. 55. num. 5.*

Contrarium tamen ſenſit *Dec. conſ. 31.* pro tenui, *num. 4.*

Subſiſtit ergo pactum diſpoſitiuum, ſi is, de cuius ſucceſſione tractatur, id factum non ignoret, ſed ſciat, & conſenſu aut ratificatione probet, vt infra num. 119. fall. 8.

Digitized by Google

10. II. Requiritur † pactio aut cõtractus, *text.& Dd.h ibi Bolognet.num.32.*

Infer hinc, ceſſare deciſionem legis noſtræ in materia legatorum [b2] *l. ſeruũ 46 in princip. ff. legat.1.* & ſubſtitutionum pupillarium, exemplarium, atq; fideicomiſſariarum. Ad pupillarem enim & exemplarẽ quod attinet, aut pater ſubſtitutum non dat, cuius integritatẽ exploratam non habet, aut ſi metuit, ne poſt eius mortem illi, quibus ſubſtitutum eſt, periclitentur, conſilium Iuſtiniani Imperatoris ſequi poterit, *in §. ſin autem quis. Inſtitut. de pupill. ſubſtit.* In fideicomiſſaria autem ſubſtitutione, teſtatoris diſpoſitio, quã de rebus ſuis fecit, lex eſt, & heres, qui vltro defuncti iudicium amplexatur, perſonã ſubſtituti approbat, vt infra num. 26. ampliatione 14.

[b2] Diſpoſitio teſtatoris legitima, IN SE, & ratione effectuum ſuorum, diſpoſitioni legis noſtræ non ſubeſt: vt nihil huc pertineant, *not. J. ampl. 28. Circa primam rationem ad fin. num. 65.* Aliud eſt, ſi ius ex vltima voluntate dependens, iuxta terminos legis noſtræ, (eo videlicet, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante,) in pactum aut contractum deducatur. Nam tunc requiſita

text.

text.noſtri notorie concurrunt, vt ĵ.*num.26. ampliat.14.*

III. Exigitur,† vt de hereditate aliena,aut rebus alienis pacta aut contractus fiant,*text. & Dd. h.* Pacta enim adquiſitiua reciproca, quæ partes de ſuis bonis faciunt, in certis caſibus ſuſtinẽtur,de quibus per *Decium in l. pactũ quod dotali.num.*11.12.*C.de collat.Natta c. Quamuis.part. 2.num.92. de pact.in 6 not.in meo tract.de teſtam.num.84.cum ſeqq. & nu.109. & ĵ.*120. 11.

IV. Requiritur,† vt pactiones ſub duabus conditionibus cõpoſitæ ſint,[b2] ſi *(1)* & ille, de cuius ſucceſſione agitur, fuerit mortuus: & *(2)*ad hereditatẽ vocentur illi,aut aliqui eorum, qui pacti ſunt,aut contraxerunt.*text.& Dd.hic.* 12.

[b2] Si pacta, in quibus conditiones expreſſæ ſunt, textus noſtri prohibitione continentur: multo fortius ea continebuntur, quæ ita confecta ſunt, quaſi omnimodo hereditate ad paciſcentes peruentura.Neque dubium eſt,Cæſarienſes aduocatos, qui Imperatori Iuſtiniano quæſtionẽ legis huiuſce propoſuerunt, textum *d.l.quidã.*§.1.*& d.l.2.in fin.*ita intellexiſſe: atque caſus harum legum,a themate noſtro ita diſtinxiſſe: & ex hac diſtinctione iuris quoq; diuerſitatem concludere voluiſſe.

Digitized by Google

Ergo vt deciſioni textus huius locus ſit, neceſſarium eſt, vt in caſum mortis tertii pactio aut contractus fiat. *text. & Dd. h.* Neq; hoc ſufficit, quum minime reperiatur prohibitum, noſtras diſpoſitiones poſt morem [b3] alterius tertii concipere. *l. Quibus diebus 40. §. Quidam. ff. condit. & demonſtr. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num.* 247. *vſq;* 251. Sed inſuper hoc quoq; exigitur, vt in caſu ſucceſſionis alienæ, id eſt, ſub ſpe ſuccedendi pactio inita fuerit. *text. hic, ibi Dd. & Bald. num. 9.*

[b3] De ſponſione tamen, ſuper morte alicuius facta, conſule Beneuenut. Stracham in *tract. de ſponſionib. part. 4. num. 9.*

Si vero per alium modum, quis rem habere ſperet, vt per conditionem caſualem, vel ex alia cauſſa, valet conuentio. *Cagnol. hic. num.* 15. 16. 17. *Ioann. Bolog. hic num. 39.* (vbi dat cautelam ad diſponendum de aliqua re, quam quis ſperat habere ex ſucceſſione: *& num. 50.*) puta, Duo inter ſe paciſcuntur, ſi Titio ſuccedant, ſe illius hereditatem hoc vel illo modo eſſe diuiſuros: aut alter tantum, qui ſucceſſionem ſperat, poſt mortem

mortem Titii promiſit, & non aliter ſe daturum dixit, quam ſi illi ſuccedat. *Vaſq.d.§.18.num.248.& 250.*

V. Neceſſarium † eſt, vt ſpes illa aut omnino vana, & in iure reprobata ſit: aut ſi probabilis eſt, ſimplex ſit exſpectatio, nullum ius in re, vel ad rem, in præſenti, quod vendicari, peti, vel diſponi poſſit, attribuens. *Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. *8. gl. 3. num. 4.* De ſpe enim, quæ ius formatum eſt, & cedi, vendi, vel aliter diſponi poteſt, regula teneatur, quod æquiparetur iuri, in re competenti. De cuius requiſiti veritate infra [c] num. 66. & 89. circa ampliationem 28. diſputabitur. 13.

[c] Duo quæri poſſunt: (1) rectene dicatur ſpes illa vana, de qua textus noſter loquitur (2) & num ſpes, quæ ius formatum eſt, ita diſponi poſſit, vt paciſcentes conditiones textus noſtri complectantur.

AMPLIATIONES.

HIſce † autẽ requiſitis concurrentibus, principali deciſioni textus noſtri locus eſt: quod pactum de hereditate viuentis non valeat. *text.* 14.

& Dd.hic,ibi Bolognet.num.22.27.Socin.reg. 344.pactum de hereditate. Guilhel. Benedict. repet.c. Raynutius. verb. duas habens filias. num.235.d.l.2.Famil.Herciſ.in Cod. Theodoſ. l quidam 30 §.1.ff,donat.l.2.in fin.ff. his quib. vt indign.l.ſi quis 25 §.ſed vtrum.ff. acquir. hered.l.2.§ interdum.ff.vulg.& pupill.

15. Amplia 1. † Nam pacta diſpoſitiua, quæ ab initio non valent, vt quia non acceſſit conſenſus eius, de cuius ſucceſſione quæritur, ne quidē iuramento firmantur. *Salyc.hic num.10.per.c.non eſt obligatorium.de reg.iur in 6.Lud.Roman.nu. 98.Iaſ. num.5. dicens ita tenere modernos hic, ibi Franciſ.Curt.num.7.8.Gozadin.num.4. Andr.Alciat.num.19 20.Ioann.Bolognet.nu. 11.& 27.Dd.in c.Quamuis.ibi Philipp.Franc. num.11.de pact.in 6. Oldrad.conſ.160.num.2. Bart.conſ.8.num.2.Bald.conſ.437.Quædam. num.1.lib.1.conſ.38.ſuper, num.1.lib.2.Dec. conſ.31.pro tenui, num.1.Fr.Curt.Iun.conſ.98. habita.num.3.* Atq; hæc ſententia non modo vera eſt: quum *d.l.Quidam.§.1.ad fin.ff.donat.* tales conuentiones contra bonos mores & ius gentium eſſe teſtetur: ſed & communis, a qua recedere non debes, vt dicit & pluribus probat *Cagnol.h.num.22.* Am-

Amplia II. † Vt idem ſit in filiis [a] Nam hereditas parentum non eſt liberorũ: quæ melior ratio eſt. *Cagnol. num. 15. vſq; 22. & num. 67.* Et filii etiam vitæ parentum inſidiantur. *l. 1. ff. ad SC. Maced. §. pen. Inſtitut. Quod cum eo qui in alter. poteſt. l. 2. §. fin. ff his quib. vt indign. l. donationes in concubinã 32. §. pen. ff. de donat.* Hinc Ouidius *lib. 1. Metamorph.* Filius ante dies patrios inquirit in annos. 16.

a Ratio dubitandi eſt, quod textus dicit, ſpem alienæ hereditatis non poſſe deduci in pactum. Ergo ſpes ſuorum videtur in pactũ deduci poſſe. *Salyc. hic num. 2.* Lex in tantum abhorret a parricidiis, vt ſpeciali lege cautum ſit, pacta de futura ſucceſſione parentum, inter filios inita non valere, ne detur occaſio parricidiis, quum interdum filii inſidientur vitæ parentum. *§. pen. Inſtit. Quod cum eo. l. propter inſidias c. Qui accuſ. non poſſ. §. mater. in Auth. de nupt. gloſ. hic, Tiber. Decian. in praxi criminali lib. 9. cap. 9. num. 13.*

Quare vbi eadem ratio eſt, idem ius eſſe debet. *Ita gloſſ. hic, ibi Odofred. num. 4.* qui obiectionibus Aduerſariorum reſpondit. *Butrig. Cyn. num. 7. Bart. ante num. Bald. num. 4.* qui ait, aliquos in filiis contrarium dixiſſe, ſed male. *Lud. Rom. nu. 8.* qui ait, omnes ita tenere. *Salyc. num. 2. Caſtr. num 5. Alex. num. 2. Dec. num. 13. 14.*

Iaſ.num.5. dicens communiter gloſſam eſſe approbatam. *Franciſ.Curt.nu.13.* qui idem perhibet: pulcre & egregie præ ceteris deducit, & diſſolutis cōtrariis, tuetur, hancq; ab omnibus antiquis & modernis teneri teſtatur *Gozadin.nu.11. cum ſeqq. Cagnol. num.24 67. Andr. Alciat. num.3.22.vſq; 26.* qui ita paciſcentes ſpurios eſſe præſumit. *Ioann.Bolognet.nu.27. 69.70.Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.18.nu.245.* qui dicit gloſſam hic ab omnibus eſſe approbatam, & hanc eſſe communem & receptiſſimam opinionem.

Subamplia I. vt idem ſit in filiis magnatum. Ergo ſi filii Regis [a2] ad fugienda ſcandala, in vita patris, inter ſe diuidant Baronias: diuiſio non valet, niſi accedat conſenſus patris, vel lex regni aliter habeat. *Bald. in Auth. Hoc amplius.num.9.C.de fideicom.Lud.Roman.h. num.8.Corſet.* [a3] *de poteſt.regia, par. num.4.5. not.1.ampliat.28.num.72.& 121.*

a2 Succeſſio in ius defuncti, aut eſt patrimonialis, ex iudicio defuncti ſiue diſpoſitiuo, ſiue permiſſiuo, aut eſt non patrimonialis ex remotione alterius, eaq; vel electiua, vel iure ſanguinis per legem aut conſuetudinem delata. *PC. in Zampin.fol.14.Molin.ad conſuetud.Pariſ.tit.1.§. 8.gloſſ.*

8.gloſ.3.nu.8.Sim.de Præt.de interpret.vlt. volunt. lib.3.interpret.1.dub.4.ſolut.5.num.3.cum ſeqq. Succeſſio quę iure ſanguinis per legem aut conſuetudinem defertur, teſtamento non datur. Hinc infertur I. de ſucceſſione regia, quæ non iure hereditario, ſed iure ſanguinis, legis, aut conſuetudinis defertur, vſq; adeo regem teſtari non poſſe, vt ne quidem primogenitus regis, aut alius proximior, cui regnum debetur, inſtitutus, regnum vi teſtamenti vel alterius diſpoſitionis capiat. *Philipp.Franc.ad rubr.nu.36.verſ. vigeſimo quinto prohibentur.de teſtam.in 6.Martin. Laud.de principe q.380.Guilhel.Bened,c.Raynutius. verb.in eodem teſtamento relinquens el 1. num.148.Coraſ.in l.filium quem.nu.22.C.famil. herciſ.& poſt Ioan.Terrirub.Molin.ad conſuetud. Pariſ.tit.1.§.8.gloſ.3.num.8.& Hotom.de iure ſucceſſ.regia in reg.Franciæ l.1.Neuizan.conſ.12.inter conſ.Brun.nu.64.Angelum & Corſetum in id quoq; adducens.* Infer 2. ad Duces, Marchiones, Principes, Comites. Nam etſi reſpectu ſucceſſionis, quã ad ſuos transferunt, plus iuris in ſuis dignitatibus habeant, quam Cæſar in imperio obtineat, vt ſcribit *Nicol.Feſtaſ.de æſtimo cap.7. num.37.* Tamen de dignitatibus, puta, Ducatibus, Marchionatibus, principatibus, comitatibus, quæ iure ſanguinis deferuntur, & ad ſucceſſorem in dignitate pertinent, regulariter non teſtantur. *Philip.Franc.d.rubr.num.63.Benedict. loco relato num.150.textus clariſſimus in c.1.in princip.*ibi, nulla ordinatione defuncti in feudo valente. *de ſucceſſ.feudi, Quem ita feudiſtici &*

alij Dd. intelligunt, Iacobin. de S. Georg. in tract. feud. verb. Marchio, nu. 2. Martin. Laud. de principe q. 289. & 380. vbi ſcribit, principem non teſtari de dignitate ſua, niſi tenor inueſtituræ feudalis aliud ſignificet, adducit *d.c.1.* atq; ita regula ſtatuenda erit, vt *not. in meo tract. de teſtam. num. 253.* Porro quum hic textus multis modis limitetur, vt poſt alios Baptiſta *Zill. in rep. poſt conſilia Bruni verb. teſtamentum an & quando valeat Ludolph. Schrad. in tract. feud part. 7. cap. 2. Roſenthal. de feud. cap. 7. concluſ. 5. cum ſeqq.* annotarunt, obſeruandum, principum teſtamenta, quæ noſtra & ſuperiore ætate de ducatibus & ſimilibus dignitatibus confecta ſcimus, exceptionibus defendi, iis maxime, de quibus *Schrad. loco relato limit. 4. & 7. & Benedict. vbi ſupra num. 148. Dilect. de arte teſtandi tit. 3. caut. 8.* meminerunt, quibus loco fallentiæ inſignis doctrina, quæ hac ſubampliatione proponitur, etiam coniungenda erit, quam magnus quidam ſacri Romani Imperii princeps ſuperiore ætate practicare volebat, cui tamen res non ſuccederet.

a3 Corſetus hic relatus non tantum de diuiſione regis Arragonum inter filios de regnis hereditariis facta loquitur, de quo infra *ampl. 9. ad fallen. 8.* principalem: ſed & hoc habet, quod pater vni filiorum feudũ de conſenſu aliorum aſſignare poſſit, quare cũ aliis appoſite ad præcedentem cautelam adducit.

Subamplia 2. vt hæc locum habeant non tantum reſpectu hereditatis, ſed

etiam

etiam legitimæ. Nam etſi pater compellatur filio aſſignare legitimam. §. *ceterum. in Auth. vt cum de appell. cognoſ.* tamen propter tollendũ votũ captandæ mortis, non cenſetur filius in vita patris ius in legitima habere. *Ludouic. Roman. h. num. 9. 10, Dec. num. 14. Andr. Alciat. num. 3. 4. Ioann. Bolognet. nu* 70. *Petr. Aduen. reg. 356. Filia in vita patris. Hartman. Piſt. q. feud. 38. num. 57. 58. Graſſ. in lib. recept. ſent. §. legitima. q. 12. nu.* 1. *l.* 1. §. *ſi impuberi. ff. collat.* Multo minus in reliqua hereditate ſpem habebit, de qua in vita patris diſponere poſſit. Ergo ſi diſponat de bonis, quæ habet, vel habere ſperat, non veniet hęc ſpes, vt infra ampliatione 4,

Subamplia 3. vt procedat, ſiue filii paciſcantur inter ſe, ſiue cum extraneis. *Salyc. h. num 2.*

Amplia III. † Vt idem ſit in parentibus. Nam licet regulariter in patre ſuſpicio voti captandæ mortis filii ceſſet. *l. iſti quidem 8. in fin. ff. quod metus cauſ. cum concord.* tamen in paciſcente iuxta legis noſtræ terminos aliud eſt: quum extrinſecus malum animum demonſtret. Quæ eſt vera & communis Dd. 17.

Digitized by Google

ſententia hic, *ibi Bald. num. 5. Salycet. Alex. num. 2. Franciſc. Curt. num. 13. Gozadin. num. 16. 17.* qui refutatis cõtrariis, hanc communem dicit, a qua recedere nolit. *Iaſ. num. 5. & 14. Cagnol. num. 24. 68. Alciat. nu. 3. 27. Ioann. Solognet. num 28. 69. 71. Tiber. Dec. in praxi criminali lib. 9. cap. 9. num. 13.*

Dd. in re aperta mirifice variant, nodum in ſcirpo quærẽtes. Duas plęriq; rationes decidendi ad textum adferunt, vnde illorum contentiones exſtitere. In parentibus paciſcẽtibus (aiunt nonnulli) ceſſat vna ratio, quod vitæ filiorũ inſidientur: militat tamen ratio generalis, poſita in fine textus: quod nemo paciſci ſeu contrahere poſſit ſuper re alterius ſine ipſius conſenſu, habita conſideratione ad ſucceſſioné illius. Quũ ergo hi pro cõſtanti præſupponant, quod verũ nõ eſt, (parentes videlicet nunquã vitę liberorũ inſidiari) Hinc alii tanquã cõceſſum ſibi aſſumẽtes, inde inferunt, textũ noſtrũ in parẽtibus ceſſare: quũ aut verba finalia textus noſtri ad rationẽ decidendi non pertineant, aut ſi eo ſpectent, nõ tamẽ illa ratio textus principalis ſit, ſed ab altera illa, quæ in parentibus paciſcentibus ceſſet, dependeat. Contra hos inſurgit Cagnola *nu. 68.* cõtendens vtramq; rationẽ in textu poſitã ęque principalẽ, imo tres decidendi rationes in textu expreſſas, & inter omnes illã potiorẽ eſſe, quæ in fine poſita ſit. Ego cũ Decio vnã rationẽ decidẽdi ad textũ noſtrũ ſtatuo: ſed in eo ab illo & ab aliis, cũ modernis diſſentio, quod falſo illi cõtra

iura &

iura & comunẽ experientiã pręſupponũt, parẽtes nunquã vitæ filiorum inſidiari. Contrarium enim probant integri tituli in *ff. & C. ad leg. Pomp. de parricid. & de his qui paren. vel liber. occid.* Contrarium docet experientia. Videat qui volet magnum catalogum non liberorũ modo, qui parentum, ſed & parentum, qui liberorum vitæ inſidiati ſunt, apud auctorem theatri vitæ humanæ, *Volum.* 19. *lib.* 2. ſub titulo, Filii perfidi erga parentes: & titulo, parentes iniuſti erga liberos.

Amplia IV. † Nam lex non modo donationes, b hypothecas, aliasq; conuentiones ſpeciales, de rebus viuentis, eo modo, vt hic in textu, fieri prohibet: ſed & de ſpe ſucceſſionis diſponi vetat, vtcunq; de re in ſpecie mentio habita non ſit. 18

b Ergo pactum nullum eſt, etſi fiat de hereditate non tantum adquirenda, ſed etiam de ea omittenda, puta, ſi alii hereditatem quis donarit. *d. l. Quidam in iure* 30. § *fin. Vaſq. qui de ratione decidendi agit de ſucceſſ. reſolut. lib.* 2. §. 20. *nu.* 22. *Bald. conſ.* 18. *nu.* 6. *lib.* 1. *conſ.* 437. *Quædam. num.* 1. *eod. lib. conſ.* 38. *ſuper, num.* 1. *lib.* 2. *inſignis caſus eſt apud Anchar. conſ.* 403.

Quum enim ſecundum communem Dd. ſententiam, ſpes ſucceſſionis nullum ius in re vel ad rem de præſenti, quod vendi, peti, vel diſponi

Digitized by Google

poſſit,attribuat, quod poſtea explicabitur: Imo in mortem alterius ſperare, totaliter reprobatum ſit: Sequitur, ſi diſpoſuero [c] de õni iure, vel donauero omne ius,quod habeo, vel habere ſpero,hanc diſpoſitionem non pertinere ad ſucceſſionem pendentem a mera voluntate alterius , neq; extendi ad ſpem, quæ ex cauſa de nouo ſuperueniente oriri poteſt, *vt not.ad c.Quamuis. fallen.*17.*nu.*127.*de pact. in 6.idemq; tradunt Dd h.ibi Paul.de Caſtr.nu 2. Ludou Roman. num.10.Franciſc. Curt.num.1.2.3.4. Andr. Alciat.num.*3.4.*Caſtrenſ.conſ.395. videndum eſt num.5.lib.1.*

c De remiſſione *not.*1.*num.*38.

19. Ita † licet quis præſentia & futura bona obligare poſſit: imo in obligationem bonorum, præſentia & futura bona veniant: attamen in obligationem bonorum, quæ quis habet, aut habere ſperat, bona ex ſucceſſione alicui poſtea delata non venient: [a] quum appellatione ſpei, illa,quæ probabilis & radicata eſt, non ſpes vana comprehendatur. Ita ſenſere *Dd.h.ibi Bald. nu.3. Caſtr. num.2.Salycet.num.*1.*in 7. notab. Alex. nu.2.*

Iud.

Iud.Rom.num.10.Iaſ.num.14.Curt.num 1.2. 3.4.*dicens communem,Dec.num.7.Alciat.nu.* 3.4.*Cagnol.num.66.Caſtrenſ.conſ.395.videndum,num.5.lib.1.*

a Diſſentit Ioann.Bolognet.quum omnis ſpes diſponi poſſit,niſi quatenus diſpoſitio iure prohibetur. Cuius ſententiam declarabis, vt per *Andr.Alciat.h.num.*43.

Declara hæc, ſi nulla ſpei mentione habita, in genere quis bona præſentia & futura, aut bona ſimpliciter obligarit: Nam hac obligatione etiam bona ex ſucceſſione poſtea obuenientia,cōprehendunur. Ita ſenſere omnes hic, *ibi Dec.num.9.Andr.Alciat.num* 43.

Tum *(1)* per ea quæ traduntur infra fallen.5.*Bolognet.h.num.*64.

Tum *(2)* per regulam, quod obligatione bonorum, præſentia & futura veniant.*l.fin.*b *C.Quæ res pign.oblig.poſſ.*

Quæ tamen intelligenda ſunt, vt ex Baldo eleganter limitat *Alciat.h.nu.*44.

b *L.fin.* eſt textus valde notabilis, ad quem vltra Dd.ibi,vidēdus eſt *Baldus in tract. de pign. cap.9. Neguzan. de pignor.part.2.membr.2.per tot.* qui regulam huius textus luculente declarat,& ſeptem modis ampliat, octo modis limitat. Ad fallentiam illius tertiam *nu.*43. adde rationem decidendi, quod bonorū appellatione

ſeuda in dubio non comprehendantur. *c.1.§.in generali. ſi de feud.fuer.controuerſ.c.1.in princip. de capit.qui cur.vend. Specul.tit.de pignor.nu.*30. *Albert. Brun. conſ. feud.* 21. *verſ. pro Matthao. Ruin.conſ.*37.*num,*12.*lib.*1. *Guid.Pap. conſ.*214. *num.*4.*conſ.*215.*num.*1.*conſ.*218.*nu.*11.*Ludolph. Schrad. in tract.feud. par.* 7. *cap.*5.*num.*48. Et quanquam haberi poſſit licentia a domino feudum hypothecandi: tamen illa ſpes ex ſingulari remedio veniens, non dicitur cogitata: & quæ a ſola principis voluntate pendent, habentur pro impoſſibilibus. *Tib. Decian.conſ.*83.*nu.*12. 13.*lib.*2.*Cephal.conſ.*523.*nu.*93.*cum ſeqq.* Vltra autem Neguzantium textum *d.l.fin.* nono limitat multum egregie & ſingulariter *Iaſ.h.nu.*14. *per l.fin.C.remiſſ.pig.*

20 Amplia V.† vt hic textus loquens in hereditate viuentis, etiam locum habeat in hereditate eius, de cuius morte dubitatur, vt poſt *Caſtren. & Alex.* dicit *Iaſ.h.num.*5.*verſ. Quarto extende. per l. nec nos cum gloſ.C.capt.& poſtlim.reuerſ.* ſequitur *Cagnol.num.*25.*Andr.Alciat.num.*37. *not.*1.*num.*82.*&*128.

Contrarium tenet *Ioann.Bolognet.nu.* 29.*ampliatione.*4.

Quatuor caſus hic incidere poſſunt, qui probe expendendi ſunt, vt textuum veram ſententiam aſſequamur, & dicta interpretum, quo ad eius fieri poteſt, inter ſe componamus, aut certe dextre diſtinguamus. Aut

Aut enim inter paciſcentes conſtat, eum, de cuius ſucceſſione agitur, viuere: & textui noſtro locũ eſſe, nemo ambigit: aut conſtat mortuum eſſe: & legis huiuſce deciſionem ceſſare omnes intelligunt. Hi ergo caſus certi ſunt. Aut vero dubium eſt viuat ne is, an mortuus ſit.

Et ſiquidem is adhuc viuat, (qui tertius caſus eſt) diſtinguendum,

Nam ( ) aut paciſcentes credunt, eum mortuum eſſe: & cõſequenter vt de mortui hereditate paciſcuntur: Et tum ceſſante ratione legis noſtræ, voto videlicet captandæ mortis alienæ, ceſſabit & pœna: pactum tamen minime valebit, ſi poſtea ille moriatur vt aliquibus eſt viſum. *Alex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed vtrum. per illum textum. ff. de acquir. heredit. Cagnol. h. num.* 53. ſed nullum erit, non quidẽ ex deciſione textus noſtri, *vt ſenſit Alciatus num.* 57. ſed alia de cauſſa. *Bolognet. num.* 29. & 48. *verſic. octauo limitatur.*

Aut credunt eum viuere, & proinde vt de viuentis hereditate paciſcuntur: & pactum non valere, inter omnes conſtat. De pœna dubitari forſan ea ratione poſſit, quod regula legis noſtræ tunc procedat, quando paciſcentes de hereditate viui paciſcuntur, ſcientes eum viuum. *Ioann. Bolognet. num.* 29. Verum quum ratio legis hic concurrat, deciſioni quoq; locus erit.

Aut paciſcentes dubitant, viuat ne is, an mortuus ſit. Et hoc quoq; caſu pactum nullum eſt. *Dd. in l.* 1. *ibi Iaſ. num.* 13. *ſupra eod. Alciat. h.*

nu. 37. Vbi addit, nullam hoc caſu fiſco pœnam acquiri, per *l. nec nos* 4. *C. captiu. & poſtlim. reuerſ.* Verum nihil is textus huc facit: quum de hereditate mortui loquatur, qui & in rei veritate, & opinione mortuus erat. *Bologn. h. num.* 29. Commodius ergo fuerit, vt in hoc membro diſtinguatur: num nam cauſſa ea in periſtaſi verſetur, vt rationi legis noſtræ veroſimiliter locus eſſe poſſit, an non poſſit. Si enim incertum omnino ſit, vbi locorũ is, de cuius ſucceſſione tractatur, agat: quẽ caſum ſæpe occurrere ſcimus, & ego ipſe in facti contingentia habui, Alciati ſententiam veram eſſe arbitror, tum per locum a ceſſatione rationis, tum per argumentum ab abſurdo, quod adfert *Ioan. Bologn. d. l. fin. nu.* 29.

Si autem is, de cuius ſucceſſione tractatur, mortuus ſit (qui quartus caſus eſt) inter pœnam & pacti validitatem diſtinguendum erit.

Pactum nullarum virium eſt, etſi paciſcentes eum, de cuius ſucceſſione agitur, mortuum credant,[a] (vt minus dubitandum ſit, ſi illi viuum adhuc credunt, aut de ſtatu eius dubitant) textus eſt ſecundum Dd. egregius in *d. l. nec nos.* Ibi enim mulier, vt conſtat, mortua fuerat. *Gozadin. in l. 1. nu. 14. ibi Zuchard. num.* 103. *Bologuet. nu.* 57. *& alij, ſupra hoc eod. tit. idem Bologn. h. nu. num. 29. verſic. Quarto ampliatur. & num.* 48. *verſic. octauo limitatur.* & tamen text. clariſſime decidit, ſuper facultatibus eius, cuius vita atq; fortuna incerta fuit, tranſigi vel iudicari non potuiſſe.

Declara t infra. um. 126.

Tum (1) quod ſpes quæſita habeatur pro non

Digitized by Google

non quæſita: quum non poſſit cadere in ignorantem, neq; ille adire queat.

Tum (2) quod actus habens ſe ad prohibitionem & permiſſionem, intelligatur prohibitus: *l.1.§ ſi pendeat.ff. ad SC. Macedon.* quum in dubiis tutior pars ſit amplectenda, etſi de actus validitate diſputetur. Ita poſt Baldum in *d.l.2.* ſenſere *Alex. Iaſ. Riminald. Dec. Curt. & Zuchard. num.* 103. 104. qui hanc communem dicit, & pulcre explicat. *Ioann. Bolognet. num.* 57. *Cagnol. h. num.* 26. *cum ſeqq. Ioann. Gutter. de vlt. volun. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 5.

Ad pœnam commiſſam quod attinet, verius eſt illi locum non eſſe, etſi paciſcentes vt de viuentis ſucceſſione pacti ſint, vt minus ſcrupuli res habeat, ſi aut dubitarint, aut etiam certo mortuum eſſe crediderint. Ita *Andr. Alciat. h. num.* 37. *Ioann. Bolognet. num.* 29. quæ ſententia vera eſt.

Tum (1) quod hoc membrum ſit extra terminos noſtræ legis, vt textus ibi, Quia adhuc ſuperſtite eo &c. clare probat.

Tum (2) quod hic ceſſet ratio textus noſtri.

Tum (3) per textum *d. l. nec nos.*

Contrarium tamen tenet *Cagnol. h. num.* 25. in pacto ſuper hereditate eius, de cuius morte dubitatur: pœnam namq; committi & fiſco locum eſſe exiſtimat, & ita ſe in ardua cauſſa reſpondiſſe teſtatur, quem refellit *Ioann. Bolognet. h. num.* 29.

Amplia VI. † in militibus. *Iaſ. hic num.* 5. *Andr. Alciat. num.* 20. *Ioann.* 21.

Bolognet. num.32. ampliat. 7.

21. Amplia VII. † in Eccleſia. *Iaſ h. num. 5. Alciat num.20. Bolognet num.30.*

Amplia VIII. in vniuerſitate. *Iaſ hic. nu. 5.6. Alciat num.20. Ioann. Bolognet. nu 31.*

Amplia IX. in muliere. *Ioann. Bologn. hic num. 31.*

22. Amplia X. † etſi ille de cuius ſucceſſione agitur, ex poſt facto pactionem ratificet. *Ioann. Bolognet. h. nu. 33. verſ. octaua ampl. & nu. 77. verſ. & hanc concluſionem.*

Verum contraria ſententia æquior eſt, quam poſt Baldum & Salycetum tuetur *Andr. Alciat. num.41.* late probat *Cagnol.* refutatis contrariis, *num. 47. cum ſeqq.* Vbi tamẽ docet, hunc conſenſum approbatiuũ ita tribuere robur actui, vt valeat, nõ vt ex tunc, ſed vt ex nunc. *not. 1. num. 114. 121.*

23. Amplia XI. † procedere nedum in pacto, ſed in quolibet contractu. *Ioann. Bolognet. h num. 33. ampl. 9.*

24. Amplia XII. † in pacto de re particulari. *Odofred. num. 1.4. eleganter Alciat. h. nu. 33.34. Cagnol. nu. 51. 60 65. Ioann. Bologn. nu. 34. ampl. 10. & num. 67. Modeſtin. Piſt. conſ. 8. num. 19. lib. 1. Burſat. conſ. 136. num. 34. lib. 2.* dicens omnes ita tenere.

Digitized by Google

Et hinc infertur, ineptam eſſe Azonis cautelã, quod pactũ valeat, quando ſit de bonis defuncti, cui viuens ſucceſſit: quaſi tunc non tractetur de vniuerſali ſucceſſione viuentis, quod alia bona habere poſſit, qui ſucceſſit: ſed de ſucceſſione defuncti. Nam & in pacto rei particularis textus procedit: & hereditas ab aliquo adita, non iam eſt defuncti hereditas, ſed propriũ eius, qui adiit, patrimonium, vt recte deducit *Cagnol.num.51.52.*

Amplia XIII. † vt idem ſit in exſpectatiua ad officia ſecularia perpetua & ad Magiſtratus prophanos perpetuos, quando vacabunt per mortẽ. *Socin.cõſ.53 lib.3.arg.c.2.& c.conſtitutus. de conceſſ.præb.* Vbi Epiſcopus non concedit alteri beneficiũ viuentis, vt infra ampliatione 16. Quam ſententiam *Dec.h.nu.3.* in conceſſione facta de officio, quod primo vacabit, improbat: in conceſſione autẽ facta de officio certæ perſonæ probat, *arg.text.noſtri h.* Verũ *Alc.h.nu.46.* etiã de certę perſonę officio exſpectatiuã concedi poſſe exiſtimat, argumẽto ex iure feudiſtico, puta, ex inueſtitura 25.

de caducitate ſucceſſionis petito, *c. moribus. Si de feud. defunct. contentio.* Quam ſententiam late probat *Ioann. Bolognet. num. 35. ampl. 11. & num. 51 limit. 11.* Cuius puncti reſolutio ab ea quæſtione dependet, vtrum deciſio *d. c. moribus. & iur. concordant.* cõſuetudine feudali ſolummodo nitatur, an vero iure etiã noſtro defendi poſſit; quod Alciato *num. 52.* placet, aliis diſplicet, vt infra ampl 28. *num 54. 53. cum mult. ſeqq. & 94. cum ſeqq.* annotatum eſt.

c De exſpectatiua ad officium temporale, aut Magiſtratum temporalem, aliud eſſe omnes intelligunt.

26. Amplia XIV. † Nam etſi fideicommiſſarius ius quærendũ aut de futuro ex cauſſa de præſenti habeat. *Ioann Bolognet. in l 1 per illum text. nu 3. 4. ibi reliqui omnes ſupra eod. Idem hic num. 2.* ita vt cum herede de iure ſibi cõpetente paciſci, *d. l 1. & l cum proponas. ſupra eod. l. de fideicommiſſo 11. infra. tit ſeq. Dec. h. nu. 4. Alciat. num. 14. Bolognet. num. 25. & 36. Cacheran. deciſ 100. num. 21.* eundemq; cogere poſſit, vt ſibi caueat *l. inter omnes 12. ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cog.*

Tum

Tum (1) quod non de viuentis, id eſt, heredis grauati, ſed de teſtatoris iam defuncti hereditate agatur, cui ex fideicommiſſo ſucceditur. *l. coheredi 41. §. Quum filiæ. ff. vulg. & pupill.*

Tum (2) quod votum captandæ mortis facto teſtatoris aut tertii inductum in conſideratione non habeatur. *d. l. de fideicommiſſo. Bologn. h. num. 25.*

Tum (3) quod non probabilis heredis allegatio eſſet, quod votũ captandæ mortis ſuæ induci affirmaret: quum ſi de eo dubitet, abſtinere ſe hereditate poſſit: adeundo autem conſenſum fideicommiſſario præſtare videatur: *Andr. Alciat. hic, num. 14 ibi Ioann. Bolognet. num. 25.* Tamen ex veriori Dd. ſententia fideicõmiſſa conditionalia vel aliæ ſubſtitutiones legis noſtræ diſpoſitione & prohibitione continentur: ſi fideicommiſſarius, ignorante herede grauato, cum aliis paciſcatur, vel aliis ius ſuũ donare velit: vt cunq; receptior in contrarium ſeſe habeat. Prohibet enim textus noſter, bona aliena alteri, per mortem adquirenda, ſub conditione mortis & ſucceſſionis, ignorante

domino & poſſeſſore, in pactum a tertiis deduci, atq; ita poſt *Aquenſ. & Taurinenſ.* eleganter diſſerit *Ioann. Bolognet. h. num. 25. 35. 36 per l. 2. § interdum. ff. vulg. & pupill. & l. 1. § ſi impuberi. ff. collat. bon.*

27 Amplia XV. † vt procedat, ſiue illi qui ſpem ſuccedendi habēt, paciſcantur de ſuccedendo inæqualiter ſiue æqualiter, quando videlicet aut alter eſt inſtitutus in ſolidum, vel paciſcentes ab inteſtato ſucceſſuri eſſent inæqualiter, *vt in l. Papin. 8. §. ſi quis. ff. inoff. teſtam. Curt. h. num. 13.*

At maius dubium eſt, ſi paciſcentes ſucceſſuri ſunt ab inteſtato æqualiter, & paciſcantur vti inteſtato ſucceſſuri ſunt.

Gozadinus namq; hic *nu. 29.* pactum tenere, & hanc veriorem eſſe contendit. Contraria autem non modo communis eſt, vt conſtat ex traditis per ipſummet Gozadinum, ſed & verior. *Alcia. nu. 28. Bologn. nu. 36. ampl. 13.* ex cuius dictis Gozadino reſponderi poteſt.

Sunt tamen qui porro hic diſtinguunt, vtrum ſpem ſuccedendi habentes eo modo, vti inteſtato ſucceſſuri ſunt, pacti

pacti ſint:an vero ſimpliciter conuenerint, de hereditate ſecundum legum præcepta diuidenda, ſi parens aut is, de cuius ſucceſſione agitur, ab inteſtato deceſſerit: quaſi priori caſu pactio legis noſtræ prohibitione comprehendatur: quum partes aduerſus defuncti voluntatem prouideant, qua ipſe aliter diſponeret: poſteriori autē nulla fiſco pœna competat. Ita poſt Riminald. ſenſit *Alciat. h. nu. 29.* Quam ſententiam non probo.

Tum (1) quod in vtroq; caſu requiſita textus noſtri concurrant.

Tum (2) quod in vtroq; caſu ratio decidendi in textu allata, votum ſcilicet captandæ mortis alienæ, militet.

Et quod *Alciat.* priori caſu pactum, vtpote contra defuncti voluntatem factum, improbat, poſteriori probat: in eo ipſe fallacia figuræ dictionis lapſus eſt: quum verba illa textus, (contra domini voluntatē) quibus nititur, haudquaquam eo modo, vti ille intellexit, ſed in eum ſenſum accipienda ſint, qui vtriq; caſui ex æquo congruit. *Iaſ. h. nu. 2. not. ſupra num. 9.*

Digitized by Google

28. Amplia XVI.† Nam quod hic dicitur de hereditate viuentis, idem eſt in præbenda viuentis, vt nec dari, nec promitti poſſit: vtcunq; in beneficiis eccleſiaſticis nō cadat hereditaria ſucceſſio. *Dd. h. ibi Bolognet. num. 37.* In hoc tamen præbendæ ſacerdotum ab hereditate differunt, quod de eis ne generaliter a quidem, aut de perſona incerta conceſſio valet, multo minus de certa, ne quidem cum poſſeſſoris voluntate: Quum in Eccleſia ſucceſſiones fieri canones prohibeant. *c. Apoſtolica. 8. q. 1. c. accepimus 5. ibi gloſſ. verb. nominatim. textum noſtrum adducit, quemadmodum & Innocent. ibi de pact. c. 2. ibi Innocent. & Panorm. & c. 3. de conceſſ. præb. c. deteſtanda 2. c. ne captandæ 3. eod. tit. in 6. Cyn. hic nu. 9. & poſtilla ad eum in princip. ibi Alber. de Roſat. num. 1. & 5. egregie reſoluit Salycet. nu. 11. & Caſtren. num. 7. ad quos Dd. communiter ſe remittunt Franciſc. Curt.* b *nu. 14. Gozadin. num. 17. Iaſ. num. 15. Dec. num. 2. 3. Alciat. nu. 39. 45. Bolognet. num. 37. ampl. 14. 80. Andr. Gail. obſ. pract. lib. 2. obſ. vlt num. 5.*

a Quatuor ſunt modi, per quos datur, ius ad beneficia vacatura: 1. per literas Apoſtolicas, 2. per

per reſeruationem legatorum, 3. per diſpoſitionem iuris communis, vt ſi recipior in Canonicum, habeo ius in prębendam, 4. per promiſſionem generalem, *c. accedens* 14. *de conceß. præben.* Hic modus eſt reuocatus in *c. deteſtanda. vt per Gemin. ibi num.* 11.

b Curtius h. notat quæſtionem hanc, vtrum præbenda non vacans conferri poſſit, proprie huc non pertinere. Etſi autem diuerſitas materiarum euidens eſt: haud modicam tamen inter ſe cognationem habent: quod in *tract. meo de teſtament. num.* 91. annotaui: vt proinde & Pontifex in *d. c.* 2. *de conceß. præb.* rationem decidendi ex textu noſtro, & iuribus concordantibus depromtam, ad illud ſuum thema per argumentum a fortiori accommodarit, *d. addit. ad Cyn. Bolognet. num.* 27. Continet ergo hæc materia inſignem ampliationem ad textum noſtrũ, vt videlicet etiam in rebus Ecçleſiæ, tertii, de poſſeſſoris ſucceſſione paciſci non poſſint, vtcunq; ſpes radicata ſit, dummodo de præſenti cauſſam non habeat. Spes enim aut habet cauſſam de futuro, aut de præſenti, aut de præterito, vt *not. ad. c. Quamuis. limit.* 16. *nu.* 127. *& paſſim Dd. h.* In textu noſtro ſpes vana dicitur, habens cauſſam de futuro, vt per Dd. cõmuniter. Vnde illatio deducitur, de qua ſupra ampliatione 4, & ad *d. c. Quamuis. num.* 127. *memini.* Spes quam Dd. radicatam appellant, aut habet cauſſam de præterito, aut de præſenti. Epiſcopus aut patronus habens ſpem radicatam ex cauſſa de præterito concedendi præbendam: quæ, vt ex præci-

Digitized by Google

tatis iuribus pater, diſponi non poteſt, antequã plene beneficium vacet. Spes ergo ex cauſſa de præſenti neceſſaria eſt: Spes ex cauſſa de preterito hactenus in nulla prorſus conſideratione habetur, niſi ſit ſpes propinqua habendi ius. Paria enim ſunt, quid vel factum, vel in continenti eſſe, vt fiat: Quemadmodum & ius, quod quis habet in præſenti, & ſpes quidẽ futura, ſed propinqua habendi tale ius parificantur. Qua de re eleganter diſſerunt Gondiſſal. Villadieg. de legato *q.14.num.68.cum ſeqq. Arnulph. Ruz. de iure regal. q.18. & q.48.*

Et quemadmodum in textu noſtro paciſcentes coercentur, ita vt fiſco locus fiat: ita multis pœnis ſubiugantur, qui beneficia viuentiũ impetrant. *Dec. h. num.16.17.*

Amplia XVII. in filio, liberante debitores paternos, viuo patre. *Ioann. Bologn. h. num.38. limit.15.* Qua de re infra num.79.190. pluribus diſputabitur.

49. Amplia XVIII. † vt non tantum procedat in contractu inter viuos, ſed etiamſi per donationẽ cauſſa mortis fieret talis conuentio, textus eſt ſingularis ſecundũ *Bart. & Bald. in d. l. nec nos. & in l. licet.*[c] 19. *C. pact. Franciſc. Curt. h. nu.9.*

c *Text. l. licet.* ad hanc ſententiã non pertinet. De cuius ſentẽtia diſputaui in *tr. meo de teſtam. num.*

*num.*85. Aliqui tria neceſſaria putant ad hoc, vt deciſio *d.l.licet.* obtineat. 1. Vt paciſcentes ſint in diſcrimine belli. 2. Vt conuentio ſit reciproca. 3. Vt paciſcentes ſint fratres. *Petr. Greg. in ſyntagm. iuris lib.*41. *cap.*5. *nu.*23. Quæ dogmata, ex confuſione narrationis facti, atq; rationis decidendi nata eſſe conſtat. *Alciat. d.l.licet. nu.*19. *& ſeqq.* Quærunt autem Dd. Num diſpoſitio talis ſit teſtamentũ? Gloſſa fin. ponit opiniones duas, hodie ſunt quatuor. Prima Franciſ. Tigrini & Odofredi, qui ſentiunt, iure ſpeciali deferri hereditatem, non ex vltima voluntate, ſed ex pacto obligatorio, habente vim vltimi iudicii, quatenus ſcilicet eo defertur hereditas. Hæc ſentẽtia falſa eſt, quod conuentio iure contractus valeat, & paciſcentes obligat. Nam hoc 1. cõtra bonos mores, 2. & nullũ priuilegiũ, ſed damnũ militis eſſet. Vltimæ enim volũtates teſtatorẽ nõ obligant, contractus vero tendunt ad obligandum. *Caſtr. d.l.lic.nu.*2. *Alex.nu.*5. *Iaſ.nu.*11. Secvnda eſt Decii in *d.l.licet.n.*13. quod ſit donatio cauſſa mortis. Hæc quoq; falſa. Tũ quod donatio cauſſa mortis ſit, ſi quis malit habere eum, cui donatur, quã heredẽ ſuũ: ſed in *d. l. licet.* vterq; reſpectiue vult, vt omnia ad heredẽ pertineãt. *Bart. d. l.licet. in lect. ante num.* Tũ quod donatio cauſſa mortis, quũ ceterorũ cõtractuũ forma inducatur, præſentẽ inter cõtrahentes obligationẽ inducat, quę poſt mortẽ exſecutionem habet. Pactum autem in *d. l. licet.* non præſentem obligationem, ſed obuentionem bonorũ poſt mortẽ reſpicit. Vnde nullo modo donationi conue-

nire poteſt. *Andr. Alciat. d.l.licet. nu.*2.3. TERTIA eſt Accurſii in *d.l. licet.* quod ſit vltima voluntas innominata in genere, habens teſtamenti effectum: quam ſubtili ratione defendit *Iaſ.ibi nu.*15. *& ſequitur Vaſq.de ſucceſſ.reſolut lib.* 2.§.20.*nu.*29. Ex quo inſignem deciſionem deducit *Bald.num.*8. ſtatuto dicente, quod vltima voluntas coram duobus teſtibus fieri poſſit: Talem enim vltimam voluntatem innominatá eſſe, & teſtamenti vim habere dicit, quem *Ludou.Roman.num.*15. & alii ſequuntur. QVARTA opinio eſt, quod ſit teſtamentum: quia pro teſtamento militis ſufficit, ſi quoquo modo conſtet, ad quem ſupremum iudicium direxerit. Hanc tuentur *Petr.Cyn.Rayner.Bart.in lect.nu.*4 *Fulgoſ.* & rectius receptiorem dicit atq; probat *Alciat.num.*23. Inter hanc & tertiam opinioné parum diſcriminis eſt. Hinc interpretes dicunt, ſe non curare de nomine, modo effectum habeant. Ita *Bald.num.*7.8. *Alex.num.*5. *Iaſ.nu.*15.

30. Amplia XIX. † ſiue plures ſperent ſucceſſionem, & inter ſe paciſcantur, vt loquitur textus hic in princip. ſiue vnus tantum ſperet, alter non: & primus cum ſecundo paciſcatur aut contrahat, vendendo, pignorando, donãdo: quum hereditas ad eum peruenerit: puta, ita dico: facio tibi pactum, ſi ſolus ſuccedam patruo meo, quod donabo tibi tertiam partem hereditatis.

Vel

Digitized by Google

Vel ita, promitto tibi, quod vendam dimidiã hereditatis, ſi ſuccedo patruo meo. *Odofred. h. num. 1. & ita text. loquitur in fine.* d Atq; hic e caſus poſterior iure veteri clare eſt deciſus. *l. Quidam. 30. §. 1. ff. donat. l. 2. in fin ff. his quib. vt indign. Caſtr. h. num 3.*

d Textus hic in principali deciſione de pacto ſub duplici conditione inito, loquitur. Quum ergo Imper. deciſionem ſuam ad caſum in fine textus poſitum extendat, & extenſio cum qualitatibus atq; conditionibus præcedentibus facta intelligatur. Hinc *Cagnol. h. nu. 2.* contra Dd. concludit, caſum hunc, ad quem Imp. extenſionem facit, iure veteri minime fuiſſe deciſum: ea ratione, quod *d. l. Quidam. §. 1. & d. l. 2.* in longe aliis terminis loquantur: quando videlicet vnus pure (non ſub conditionibus, vt h.) donat, ſucceſſionis ſibi deuoluendæ partem &c. Hunc intellectum *d. §. 1.* antea probauit *Salycet. in l. nec nos. in fin.* ꝗ *capt. & poſtlim. reuerſ.* & poſt eum Natta *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, num. 7. C. teſtam.* Sentiunt enim donatorẽ in *d. l. Quidam. §. 1.* ſciuiſſe cognatam ſuam viuere, ſed finxiſſe eam mortuam, partemq; bonorum eius tanquam mortuæ donaſſe. Et hoc dicit Natta verbis illius textus probari. Nam ſi ille donaſſet partem bonorũ in tempus mortis, & caſu quo hereditas ad ſe perueniret: donatio quidem non teneret propter ſpem improbabilem: attamen donator non poſſet dici feſtinaſſe, ex quo do-

naſſet in tempus habile, ſed ideo dicitur in textu feſtinaſſe, quia donauit bona de præſenti tanquam ad ſe delata, &c. Verum etſi vterq; textus donatorem ſciuiſſe præſupponat, quod is vel ea, cuius bona in totum, aut pro parte donauit, viueret: diuinatorium tamen eſt, quod Salycetus & Natta dicunt, donatorem in *d.* §. 1. cognatam ſuam mortuam finxiſſe. Diſtinguendo autem ſenſus præcitatorum textuum elici poteſt. Aut enim donator bona, vt ſua donauit, aut vt aliena. Si vt ſua, tum aut vt ſua ſimpliciter, aut vt ſibi iam obuenta, ſecundum Salyceti & Nattæ expoſitionem. At neutrum horum ſtare poteſt: quum vterq; textus alterius, & quidem viuentis bona donata dicat: neuter autem de falſo aut ſtellionatu admiſſo meminerit. Imo Iuriſconſultus in *d.* §. 1. longe aliam rationem decidendi monſtrat, quod donator (non quidem cognatam mortuam & hereditatem ſibi iam obuentam finxerit, ſed) aduerſus bonos mores & ius gentium feſtinarit: quod proprie & vere de eo etiam dicitur, qui propter ſpem præmaturam ſucceſſionis (vti eam textus *l.* 1. §. *ſi impuberi. ff. collat. bon.* appellat) de viuentis hereditate diſponit, vt nihil hic Nattæ ſubtilitas curanda ſit. Aut donauit vt bona cognati cognatæue, & conſequenter vt aliena, idq; vel ſimpliciter: & nihil ad hunc textum pertinebit: ſed donator ſtatim tenebitur, vt deducit *Vaſq. de ſucceß. progreß.* §. 18. *num.* 247. *vſq;* 251. Aut donauit poſt mortem: Et rurſum diſtinguo: Nam aut donauit

donauit ſimpliciter, & iterum huc non ſpectabit, *Vaſq. loco relato num.* 249. 250. aut donauit vt hereditatem cognati, cognatæue ſibi obuenturam, id eſt, ſpe futuræ ſucceſſionis: qua in facti ſpecie duo caſus incidere poſſunt, quemadmodum oſtendit lex noſtra. Diſtinxere enim Aduocati Cæſarienſes nimia vt apparet, ſubtilitate, ex textu noſtro, caſus duos, inter quos iuris diuerſitatem ſtatuendam exiſtimarunt: Primus eſt, quando quis diſponit de aliena hereditate quaſi omnimodo ſibi obuentura, eoq; ſimpliciter: atq; ita procul dubio intellexere iura vetera, puta, *d.* §. 1. *& d. l.* 2. quæ recte quidem ab illis accepta, male autem hoc ſenſu a caſu legis noſtræ ſeparata fuere: quum & is, qui hereditatem omnino obuenturam donat, eaſdem conditiones tacite complectatur, de quibus Imper. hic meminit: atq; ita textus hoſce intelligit Vbert. de Bobio, relatus ab *Alber. de Roſat. h. paulo ante num.* 7. in donante ſpe futuræ ſucceſſionis, *Ioann. Bolognet. num.* 13. dicens hac lege clarius exponi, quæ virtualiter iure veteri continebantur. Alter eſt caſus textus noſtri, quando pacto non ita, quaſi omnimodo hereditate ad paciſcentes peruentura, ſed ſub duabus expreſſis conditionibus compoſita ſunt, vt hic. Verum Imp. nullam iuris diuerſitatem hic admittit, ſed textus noſtri caſum ſecundum veteris iuris regulam decidit, [a] addita extenſione ad finem textus, quam recte equidem Cagnol. cum iiſdem qualitatibus & conditionibus

[a] *Ratio d. l. Quidam. § 1. magis m[...] litat in ca[...] legis noſtr[...] id eſt, in p[...] cto, quam donation[...] de qua ill[...] textus lo[...] tur. Cag[...] h. num. [...]*

intellexit: ſed in eo erraſſe videtur, quod caſum hunc iure veteri minime deciſum fuiſſe opinatur. Quo ſenſu conſiſtente, ne quidem primus caſus legis noſtræ, iure veteri cognitus fuiſſet, quod Imper. clare pernegat. Ait enim deciſionem ſuam anterioribus etiam legibus atq; conſtitutionibus non fuiſſe incognitam, quam ipſe clarius introduxerit. Ergo Salyceti, Natta, Cagnol. intellectus ad *d.* §. 1. & *d.l.* 2. non probæ: ſed communem intellectũ ad hæc iura ſequor, de quo per *Bolognet.num.*12. & principalem deciſionẽ textus noſtri cum extenſione ad *fin.* iure etiam veteri cognitam, clarius autem hic introductam cum Iuſtiniano profiteor: quæ Vberti quoq; & Bologneti in effectu ſententia fuit. *not.* 1. *num.* 87.

e Quum hæc ſit vna de quinquaginta conſtitutionibus Iuſtiniani nouis, mirifice in re certa Dd. inter ſe confligantur, quid noui Iuſtinianus hic vltra *d.l. Quidã.* §. 1. & *d.l.* 2. cõſtituerit. Salyceti & Nattæ opinio iã eſt relata, quã nõ probo. *Franc. Curt. n.*11. ait, textũ hunc de nouo induxiſſe, quod pactũ diſpoſitiuum de hereditate certo modo diuidenda valeat, eo de cuius hereditate agitur, cõſentiente, quod nõ reperiatur alibi. At refellitur Curtius lege Theodoſii ſupra relata. Cagnolę ſentẽtiã refert *Bologn. h. n.*13. & refellit. Ipſe dicit, quod iura vetera loquebãtur particulariter de donatione aut alio cõtractu ſimpliciter facto. hic vero diſpoſitionẽ fuiſſe factam ſub duplici cõditione, & totã legẽ eſſe declaratoriã iuris antiqui, dum Imp. clare exprimit, quæ in

antiquis

Digitized by Google

antiquis iuribus virtualiter continebantur. *hæc vera eſt & recepta Dd. expoſitio.*

Amplia XX. † vt deciſio textus procedat, etſi duæ conditiones, de qua in textu noſtro, non exprimantur, dummodo virtualiter contineantur, vt poſt *Corn.* decidit *Cagnol. num. 29.* 31.

Amplia XXI. ſiue agatur de hereditate diuidenda, ſiue quod vnus totam illam conſequatur, vt poſt *Dec. Cagnol. num. 29.* ſatis probat *text. noſter. & not. ſupra num. 18.*

Amplia XXII. † vt deciſioni textus locus ſit, quãdo partes ita paciſcuntur, ſi hereditas Semponii ad te perueniat, promittis per ſtipulationem dare centum de tuo proprio. *Franciſc. Curt. h. nu. 27.* qui tamen cogitandum relinquit.[f] 32.

Contrarium, quod valeat eiuſmodi promiſſio, tenet *Alciat. h. num. 15.*

[f] Curtius dicit, textum in ratione decidendi ibi (triſtiſſimi & periculoſi euentus &c. probare, quod tale pactum non valeat: ſed in contrarium facere textum in fine, dum prohibet in alienis rebus paciſci: Ita quoſdam tenere, quod pactio valeat, & ſe alias dubitatiue hoc modo legendo tranſiuiſſe: Nunc autem ſibi videri, quod non valeat, per *d. l. ſtipulatio hoc modo ff. de verb. oblig.* De quo tamen cogitandũ relinquit.

Digitized by Google

Fruſtra autem Curtius cum aliis de quæſtione apertiſſima dubitauit, neq; neceſſe illi fuit, vt veritatis patrocinium ex *d. l. ſtipulatio hoc modo*, aliorſum ſpectante, peteret: quũ text. noſter ibi (vel ſi forte ad quoſdam ex his hereditatis commodum peruenerit, certas pactiones euenire) thema propoſitum euidenter comprehendat, vnde etiam clariſſime patet, eum qui eo modo, vt quæſtio Curtii habet, paciſcitur, de aliena ſucceſſione hactenus paciſci, vt deciſioni textus locus ſit: & clariſſime decidit *Caſtrenſ. in l. iuriſgentium. §. ſi ante aditam. nu. 2. ibi*, vel aliquid occaſione ſperatę hereditatis. *ff. eo. tit. de pact.* Neq; enim text. ad pactũ diuiſionis reſtringendus eſt, in quo multi hallucinati ſunt, quũ lõge generalior ſit. Ergo Alciati hic relatã ſententiã nõ ꝓbo. Cui erroris hæc occaſio fuit, quod ipſe etiam, textũ proprie ad pactũ futuræ ſucceſſionis diuiſoriũ ſolummodo ſpectare cenſuit. *not.* ĵ *n.* 75. 76.

Amplia XXIII. in habente ſpẽ ſuccedẽdi vel ab inteſtato, vt Dd. cõmuniter intelligunt, vel ex teſtamento. *Bart. h n.* 18. *Franciſ. Curt. nu.* 13. *Iaſ. nu.* 2. *Alc. nu.* 14. 30. *Bologn. nu.* 15. *Ramat. ad c. Quamuis. nu.* 13. *de pact. in* 6. vel ex promiſſiõe, *Iaſ. h. n.* 5. *amp.* 7. vbi textũ ampliat, vt procedat etiã in collegio ex promiſſione ſpem habente. Nam verba illa textus (ex cognatione forte) non reſtringunt textũ ad ſperantes hereditatẽ ex cognatione. *Dec. h. ante num. ibi Alc. nu.* 30. *Bologn. n.* 15. 22.

Digitized by Google

Amplia XXIV. † vt procedat textus, etſi nulla ſpes ſucceſſionis de præſenti appareat, vt quia is, de cuius hereditate pactio fit, non cõtingebat paciſcentes. Ita poſt *Hubert. de Bobio, Alberic. de Roſat. h. nu. 6. Andr. Alciat. num. 30.* 33.

Amplia XXV. etſi Papa cũ Cardinalibus de ſucceſſore deliberare poſſit: *Alber. de Roſ. h. n. 6.* Attamẽ crimẽ hæreſis eſt, viuẽte Papa, facere cõuenticula de Papatu. *Bald. l. Quoniã. C. de teſtibus. Iaſ. h. Alc. n.* 17. qui rectius cẽſet, ita paciſcẽtes crimine lęſę maieſtatis teneri. *not. ĩ. n. 67*

Amplia XXVI. † Nã licet alias actus, qui nec pure, nec ſub conditione fieri poteſt, ſub duabus, pluribusue cõditionibus factus ſubſiſtat: Aliud tamen eſt, quando ex actu de præſenti inducitur aliquid turpe, dans materiã inſidiandi vitæ alterius: tunc enim non valet, etſi ſub geminata cõditione factus ſit, vt eſt textus valde ſingularis hic, & perpetuo cordi tenẽdus, ſecundũ *Iaſ. nu. 9. Dec. n. 8. Bologn. nu. 62. Forcat. dialog. 55. nu. 4.* 34.

Amplia XXVII. † vt pactũ de hereditate tertii non diſpoſitiuũ modo, ſed & cõſeruatiuũ, renũtiatiuũ & adquiſitiuũ 35.

Digitized by Google

pactum ſub ſe contineat: que extenſio diligenter notanda eſt: quum multum lucis toti materiæ & diſputationibus interpretū adferat. *Bologn. h. n* 11. *13. 57. 115 157. 158. Bald. conſ. 403. punctus, n. 3. lib. 1. conſ. 437.* g *Quædam num.* 1. *eod.*

g Ibi Bald. rectiſſime concludit etiam renuntiatiuū pactum diſpoſitione *l. noſtræ* contineri, *idem conſ.* 38. *ſuper num.* 1. *lib.* 2. *not. ſupra. nu.* 18.

36. Amplia XXVIII. † vt idem ſit de feudis, quando agnati de poſſeſſoris feudi ignorantis ſucceſſione paciſcuntur, vt reſponderunt *Modeſtin. Piſt. conſ. 8. num.* 16. 17. 18. 19. 20 *ibidem in conſ. ſeq. Hieronym. Schurf num.* 5. *cum ſeqq. lib.* 1.

Verum quum circa ampliationem de reſponſo illo Schurffii nunc primū, & in ſpecie de duobus dubitari contingat: 1. Num deciſio textus noſtri etiam ad feuda pertineat? 2. ſi feuda quoq; complectatur, ad quem feudum ita commiſſum ſpectet? Vtramq; quæſtionem, & priorē cumprimis, in gratiam candidatorum iuris, veritatis inueſtigandæ ſtudio, quo ad eius fieri poteſt, accurate pertractabo.

QVAESTIO PRIMA.

37. Pro parte ergo † negatiua, quod textus noſter

noſter ad feuda nõ pertineat, hæ rationes faciunt.

RATIO PRIMA.

PRIMO manifeſte conſtat, textum noſtrum, cum omnibus iuribus, ad quæ Iuſtinian. Imper. ibi reſpexit, vt ſunt *l. 2. famil. herciſcun. in C. Theodoſ. l. quidam 30. §. 1. ff. donat. l. 2. in fin. ff. his quib. vt indign.* de iure quærendo, cauſſam non de præſenti, ſed de futuro ſolummodo habente, quodq; huius conſectarium eſt, non in re aut ſpe probabili, ſed in ſpe vana loqui: quando videlicet quis ſuccedere ſperat alicui ratione cognationis ab inteſtato, vt pleriq; textum hunc intelligunt, aut ex teſtamento, vt *Bart. ibi num. 18. Franciſc. Curt. num. 13. Iaſ. num. 2. Alciat. nu. 14. 30. Bologn. nu. 15. Ramat. c. Quamuis. num. 13. de pact. in 6.* expoſuere.

Quum enim ius quærendum triplex ſit, ius videlicet *(1)* delatum, & non delatum ſeu adhuc quærendum, idq; vel (2) ex cauſſa de præterito aut præſenti, vel *(3)* ex cauſſa de futuro, *Dd. in l. 1. ibi Bolognet. num. 3. & hic, ibi Bolognet. num. 2. ſupra eod.* communiter placuit, ius quærendũ ex cauſſa de futuro, nihil aliud

38. quam ſpem vanã & improbabilẽ eſſe.

Tum (1) †quod in alterius mortem ſperare totaliter ſit reprobatum.

Vnde quũ ſpes talis præmatura dicatur *in l.1.§.ſi impuberi.ff,collat.bonor.* interpretes noſtri cõmuniter concludunt, remittentẽ omne ius, quod habet vel habere ſperat, haudquaquã iuri, quod ſperat de futuro ex noua cauſſa, ſed tãtũ iuri de futuro, prouenienti ex cauſſa de præterito vel præſenti, renuntiaſſe intelligi. *Bart in l.ſtipulatio hoc modo.nu.4. Alex.nu.*11. *Iaſ.nu.13. Alciat. nu.*10. *Bolognet. nu.85.ff.de verb.oblig.Bart.in l.poſt emancipationẽ.§.1.ff liber.legat.Bart.in l.qui Romæ.* §.*Duo fratres.nu.6.& 7.9.ibi Alex.nu.56.57. Iaſ.nu.69.70.ff.verb.obligat.Dd.ordinarie in l.1.ibi Huber.Zuchard.n.121.vſq.162.C.pact. Felin.c.ſi diligenti.n.33.de for.cõpet. Matheſil. de ſucceſſ.4.mẽbr.art.3.princip.nu.54.Phanuc. de Phanuc.de inuent.part.7.nu.132.cum ſeqq. Boer.de poteſtat.Cardinal.q.1.n.99.Tiraquell. de iure primoge.q.86.n.8.Vaſq.de ſucceſſ.creat.* §.*18.n.189.Maſcar.de probat.lib.3.cõcluſ.1264. n.13.vſq.22.Corn.conſ.80.nu.2.verſ.præterea renuntiatio.lib.4. Caſtren.cõſ.395.videndum n.5.lib.1.Tiber.Dec.conſ.3.n.123.conſ.52.nu.16*

De aliis diſpoſitionib. not.ſupra.n. 18.19.

lib.

lib.1.Cephal.conſ.526.nu.78.Porc.conſ.57.nu.16.Albert.Brun.conſ.feud.79.nu.2.

Similiter ſi alio modo quam per renuntiationem, donãdo puta, vel aliter de omni iure, quod habeo, vel habere ſpero, diſpoſuero, donatio, aut alia diſpoſitio non pertinebit ad ſucceſſionẽ ex teſtamẽto vel ab inteſtato, pendentem a libero alterius arbitrio *not. ſupra. num. 19.*

Tum (2) † quod ſpes probabilis cedi, vendi, donari, diſponi poſſit. *d.l. ſpẽ infra donat.* atq; ita poſt Dd. cõmuniter ſpem probabilẽ definit *Robert Mara. in l. is poteſt. n. 212. ff. acquir. poſſ.* Quare ſpẽ ſucceſſionis ex teſtamẽto vel ab inteſtato vanã eſſe oportet: quũ ſimplex exſpectatio ſit, quæ in pactum deduci nequit, vt probat textus noſter hic, vbi hoc notãt *Bart. nu. 18. Angel. nu. 1. Caſtr. nu. 2. Alex. nu. 5. ſe referens ad Bartol. Lud. Rom. nu. 10. Franc. Curt. num. 6. Iaſ. nu. 4. Alciat. num. 3. cum ſeqq. Hubert. Zuchard. l. 1. num. 49. ſupra eod.* 39.

Et quanquã *Bart. in d. l. is poteſt. nu. 8.* hereditatem patris filio ſpe conſiderabili deberi voluerit: *Iaſ.* tamẽ *ibidem nu. 14. 16 26.* ab illo diſcedit, & eum contrariam

ſententiam *in d.l.poſt emancipationem.* §.*1. ff.lib.leg.& in l.ſciendum.in fin.princip.nu.*12 *ff.qui ſatisd.cog.* amplexum eſſe teſtatur, *ſequitur Marant.nu.*255.quemadmodum & hic pleriq; Bartolum ea ratione reprobarunt,quod admiſſa illius opinione, filius ſuper hereditate patris viui paciſci poſſet.*Franc.Curt.hic num.*6.

Hinc vulgo iactatum iuris theorema,de iure competente in ſpe (probabili ſcilicet) ita diſponi poſſe, ſicut de competente in re. *Dd.in l.*1. *ibi Bart. Hubert.Zuchard num.*34.49.*&* 122.*ſupra eod. Bologn.num.*20. *Bart. hic num.*18. *ibi Angel. num.*1.*Caſtr.num.*2.*Alex.nu.*5.*Lud. Roman. num.*10. *Iaſ.num.* 4. *Alciat. num.*3. *Bolognet. nu.*25.39.81.159.*Bart.in d.l.Qui Romæ.*§.*duo fratres,ibi Ioann Crot.num.*53.*Dd.in d.l.is poteſt. ibi Iaſ.& Marant. locis relatis. Gondiſſ. Villadieg.de legat.q.*14.*num.*71.*Petr. Gregor. in ſyntagm.lib.*28.*cap.*8.*num.*3.*& lib.*41.*cap.*5.*num* 31.*Cephal conſ.*617.*num.*126.

40. Tum(3)†quod oppoſitorum eadem doctrina habeatur,per iura nota.

Quemadmodum ergo ſpes illa probabilis eſt,quę habet initium ex cauſſa de præterito aut præſente, & a futuro

eventu

euentu pendet. *l. 2. ff. ſtat. liber.* Ita vana illa habebitur, quæ a mera alterius voluntate & ſic a cauſſa de futuro pendet.

Hinc communiter Dd. tradunt, ſpẽ hereditatis eius, qui viuit, & ad libitum diſponere poteſt, non eſſe in conſideratione *d. l. poſt emancipationem. ibi Bart. ff. liberat. leg. Bart. h. num. 18.* vbi ait, ſpem, de qua ille textus meminit, non eſſe iuridicam, ſed quandam ſpem hominis vanã & nõ attendendã, idq; tribus rationibus probat. 1. *per d. l. poſt emancipationẽ.* 2. quia illud dicitur nobis ſpe deberi, quod non dependet ex mera voluntate alterius, ſed ex aliquo futuro euentu. *d. l. 2. ff. ſtat. liber.* At talis ſpes pendet ex mera voluntate alterius, qui teſtari & alium inſtituere poteſt. 3. quia de eo, quod mihi ſpe competit, diſponere poſſum vt de re: ſed de iſta hereditate diſponi non poteſt. Bartolum ſequitur *ibi Bald. num. 3.* dicens, ſpem, quæ pendet ex mera voluntate alterius, non poſſe per alterum in contractum deduci: illam autẽ, quæ pendet ex futuro euentu, non ex mera voluntate alterius, & habet cauſſam certã, proprie dici ſpẽ,

& in contractum deduci poſſe: qualis non eſt ſpes ſuccedendi homini viuenti: idemq; tradunt ibidem *Franciſc. Curt. num.* 1. 2. 3. *Gozadin. num. 2. 3. Cagnol. num. 137. Alciat. nu.* 3. *& reliqui. Hubert. Zuchard. d. l. 1. nu. 122. ſupra eod. tit. Iaſ. in d. l. is poteſt. nu. 10. ibi Marant. nu. 27. ff. acquir. here. Pet. Andr. Gamb de auctorit. leg. lib. 7. nu. 333. Arnulph. Ruz. de regalib. priuileg. 13. num. 31. Gondiſſ. Villad. de leg. q. 14. nu.* 71. *Corn. conſ.* 11. *nu. 3. lib. 5. Anguſol. conſ. 66. nu.* 11. *lib.* 6. *Ioann. Ceph. conſ. 526. nu. 72. 77. 80. Tiber. Dec. conſ. 3. num. 124. & conſ.* 52. *num. 17. lib. 1.*

41. Quæ quum ita ſint: † Dd. textũ hunc ita exponunt, vt deciſio illius tum ſibi locum vendicet, quando paciſcentes nihil iuris de præſenti, quod vendi, cedi, donari, diſponi poſſit, ſed tantũ ſuccedendi exſpectationem habent.

Hinc ergo colligi videtur, ad ſpem probabilem textus huiuſce deciſionẽ non ſpectare.

At feuda agnatis ſpe debentur probabili. Nam illa ſucceſſio pendet ab euentu vaſalli morientis, & fundatur in cauſſa certa de præterito, id eſt, in contractu feudali: Vt proinde ſpes illa ſit debita

debita iure contractus. *Cagnol hic num. 136. Ludolph. Schrad. in tract. feud. part. 10. ſect. 5. nu. 220. Bald. conſ. 38. dominus Thomas. n. 3. lib. 3. Aret. conſ. penult. prope fin. pulcre Io. Iacob. de Leod. conſ. 114. num. 202. cum ſeqq. inter conſilia feudalia Bruni. luculente Ioann. Cephal. conſ. 617. num. 5. & num. 101. 126. cum mult. ſeqq.* Quæ maxime vera in agnatis ſimultanee inueſtitis. *dom. Hartm. Piſt. q. feud. 20. num.* 11. 25.

Ergo quæ in textu *hic* de ſpe ſucceſſionis hereditariæ traduntur, ad feudiſticæ ſucceſſionis ſpem torquenda nõ erunt. Succeſſio enim feudorum ſeparata eſt a ſucceſſione allodialium, quũ deferatur a lege, contrahentiũ voluntate, & conceſſione inter viuos qualificata. *Ioann. Bologn. conſ. 9. num. 21. cum ſeqq.*

RATIO SECVNDA.

SECVNDO † textus *hic* exigit, vt pactio diſpoſitiua ſub duabus cõditionibus compoſita fuerit, Si (1) ille fuerit mortuus, de cuius ſucceſſione agitur, & (2) ad hereditatem vocentur, qui huiuſmodi pactionẽ faciunt. Quas conditiones aut exprimi, aut tacite pacto contineri oportet, vt ex Corneo decidit *Cagnol. ibi nu. 29.* 42.

Ergo non aliter deciſioni textus noſtri locus eſſe videtur, niſi paciſcentes caſum, quo tertio, de cuius ſucceſſione agitur, ſuperſtites fuerint, expreſſe aut virtualiter pacto ſuo cõprehenderint; tunc enim votum captandæ mortis alienæ obtinet.

At pactio iam olim D. Modeſtino & Schurffio propoſita, themati textus noſtri nõ vſq; adeo exacte quadrat, ſed in euentum ſuperuitæ eius, de cuius ſucceſſione agitur, ex parte compoſita, & proinde conuentioni illi ſimilis videtur, de quo collegia quædã noſtra reſpondiſſe ſcio, ſi duo ius in feudo ſuccedendi æquale obtinentes, pactũ tale inter ſe cõponant, vt vno ex paciſcentibus ante poſſeſſorem feudi præmoriente, alter deinde ſuperſtes, cum præmortui liberis pariter ſuccedat. Quod pactionis genus caſum ſuperuitæ eius, de cuius ſucceſſione agitur, complectens, textui noſtro minime conuenire videtur.

TERTIA RATIO.

43. TERTIO † lex noſtra requirit, vt vel ab omnibus paciſcentibus, vel ſaltem

tem ab vno illi ſuccedatur, de cuius hereditate aut bonis illi pacti ſunt, vt lex clare probat: & hinc omnes interpretes pactum, quod huius textus proprium eſt, inter pacta ſucceſſoria connumerant: & pactum ſucceſſionis alienæ diſpoſitiuum appellant.

In textu ergo noſtro talis facti ſpecies tractatur, in qua paciſcentes vel omnes vel aliqui ex teſtamento, aut ab inteſtato, eius, de cuius hereditate bonisue diſponunt, ſucceſſionem ſperant, & ſucceſſores efficiuntur.

At longe alia feudiſticæ ſucceſſionis ratio eſt.

Nam in feudo quis ſuccedere dicitur non vltimo defuncto, nec ab vltimo defuncto cauſſam habere: ſed primo acquirenti, & ab illo cauſſam habere, etſi feudum per mille manus ambulauerit. *c. 1. §. 1. ibi Dd. de feud. Marchiæ. gl. c. 1. verb. fratres. ibi Dd. de his qui feud. dar. poſſ. Andr. de Iſern. c. 1. §. hoc quoq; in 5. notab. de ſucceſſ. feud. Iſern. c. 1. num. 7. Qualiter feud. olim. Iaſ. in l. is poteſt. num. 36. ff. acquir. hered. Tiraquell. de vtroq; retract. part. 1. §. 11. gl. 1. nu. 19. Couarr. pract. quæſt. cap. 38. Andr. Gaii.*

obſ.pract.lib.2.obſ.154.nu.2.3.Hartm.Piſt.q.feud 1.nu.25.cum ſeqq.Pariſ.conſ.65.nu.19.lib.3.Cephal.conſ.152.nu.100.conſ.608.nu.90.Tib.Decian.conſ.6.num.51.lib.1. Vbi autem non vltimo morienti, ſed alii ſucceditur, & quod huius conſequens eſt, non tam de bonis viuentis, quam primi adquirentis iam mortui agitur, diſpoſitiuum pactum ne iure quidem ciuili improbatur. Quod illuſtri exemplo fideicom̄iſſorũ conditionalium paulo poſt circa octauam rationẽ planũ faciemus.

QVARTA RATIO.

44 QVARTO † ſpem de feudo diſponi poſſe, alio etiam argumento oſtẽditur. Dominus enim ex cõtractu feudali ſpem habet, futurum, vt feudũ vaſſalli ſibi rurſum aperiatur. Ergo poſſeſſore ignorante, tertio feudũ eo pacto cõcedere poteſt, ſi vaſallo ſine herede feudali decedẽte, illud ſibi denuo aperiatur. *c.1.ibi Dd.Qui ſucceſſ.feud.dar.ten.c.vnic.ibi Dd.Qui ſucceſſ.ten.c.ſi quis inueſtierit.ibi Bald.num.1.* qui hoc potiſſimũ nomine illius textus materiam a textu noſtro diſtinxit, quod illud non ſit pactũ de futura ſucceſſione: ſed de caducitate

citate ſucceſſionis. *de feud. dat. in vic. leg. cōmiſſ c. morib. ibi late Affl. ſi de feud. defunct. conten. Matth. de Affl. deciſ. 292. per tot. Alc. h. nu. 51. ibi Bologn. nu. 35. & 81 dom. Hartm. Piſt. q. feud. 25. vſq. ad 30.* vbi de huius inueſtiturę natura ample diſſerit, *Collegiū Lipſienſe in reſpōſo poſt 27. quæſt. feud. Hartm. Piſt. nu. 23.* Quæ conceſſio tanti effectus eſt, vt eueniente conditione, dominus adimplere & vacuam poſſeſſionē tradere cogatur. *c. 1. §. 1. de cōtrouerſ. inueſt. c. ſi facta. Si de feud. defunct. contro.* niſi alii poſtea realem inueſtituram faciat. Quo caſu potior equidem in detinendo feudo poſſeſſoris conditio eſt. *arg. l. Quoties 15. ibi Dd. C. de rei vēd. gloſſ. in c. ſi facta. ibi Andr. de Iſern. Aluarot. nu. 9. Iacob. de Beluiſ. Nicol. de Neap. Petr. Rauenn. Loffred. Bald. n. 2. Matth. de Affl. n. 13. 14. 34. Martin. Laud. n. 2. Frider. Schenck, Eguin. Baro. ſi de feud. defunct. cont. Paris de Put. de redinteg. feud. cap. 287. nu. 1. & 10. Matth. de Affl. c. 1. n. 1. cum mult. ſeqq. Qui ſucceſſ. teneāt. Iacob. de Ardiz. in ſumma feud. cap. 38. Curt. in tr. feud. part. 2. 2. part. princip. nu. 33. Iacobin. de S. Georg. in verb. inueſtiui talem. nu. 4. Zaſ. part. 6. nu. 13. Caccialup. part. 5. reg. 29. num. 40. Iul. Clar. §. feudum. q. 26.*

Digitized by Google

num.2. Gabr. Roman. lib.3. recept. concluſ. tit. de emt. & vendit. concluſ.2. fallen.11. Hartm. Piſt. q. feud.29. num.11. Petr. Aduenn. reg.214. limit.1. Mynſing. obſ.61. Cent.4. Pariſ. conſ.11. num.18. conſ.15. nu.7. lib.1. Andr. Alciat. conſ. 5. per tot. lib.3. Ioann Cephal. conſ.90. num.44. conſ.367. num.10. conſ.397. num.23. conſ.468. num.71.88. Io. Iacob de Leod. conſ.114. nu.456. 467. inter conſilia feudalia Bruni. Hieronym. Schurf. conſ.53. per tot. Cent.1. conſ.33. num.2. cent. 2. Modeſtin. Piſt. conſ.6. nu.4. lib.1. conſ. 40. num. 61. 62. lib. 2. Collegium Lipſienſe in reſponſo, quod eſt poſt 27. quæſt. Hartm. Piſt. num.32. Matth. weſenbec. conſ. conſ.64. nu.5. Ioann. Fichard. conſ.128. num.25. lib.2. Sed dominus alteri ad intereſſe obſtringitur, vt Dd. locis relatis profeſſi ſunt: quemadmodum & tunc actio ad intereſſe in dominum, eiuſmodi conceſſionem habenti tribuitur, ſi pendente conditione dominus poſſeſſori feudũ abalienanti conſenſum accomodando efficit, vt conditio deficiat. *Hartm. Piſtor. q. feud.28. num.6.12. cum ſeqq.*

Vt dubitandum non ſit, hanc domini feudi conceſſionem, quã ſuper ſpe, ſibi competente, facit, moribus & vſu practico ſuſtineri.

Imo ſunt nonnulli, qui hæc non tantum conſuetudine feudali, ſed & iure noſtro defendi poſſe credunt. Deciſionem namq; text. noſtri excluſam cenſent, quando quis non de viuentis hereditate, ſed de re ſua in cauſſam mortis alterius diſponit. *Alberic. de Roſ. h. num. 7. ibi Andr. Alciat. num. 50. 51. 52. Ioan. Bologn. num. 51. 81. Hugo Donell. num.* 13. 15.

QVINTA RATIO.

QVINTO † huic fundamento cognata illa ratio eſt, quæ ex vſufructus conſtitutione viuo vſufructuario, facta, texitur. 45.

Nam vt antea quoq; memini, lex noſtra illas ſolummodo pactiones improbat, quæ ſub duabus cõditionibus, mortis videlicet & ſucceſſionis alienæ, eo, de cuius rebus agitur, ignorante, componuntur. Subſiſtunt ergo pacta, quæ in caſum mortis alicuius collata ſunt, ſi modo ſpe futuræ ſucceſſionis non fiant. Ita enim *Bart. text. noſt. cum gl. ſuper verb. paciſci. ibi Bald. num. 9. Alberic. de Roſat. num. 7. Cagnol. num. 15. 16. 17. Bolognet. num. 37. 39. 50. Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. num. 250. l. ſi poſt mortẽ. 71. ff. de legat. 1. l. quodcunq;*

44.§.1.ff.de verb.oblig.§.poſt. mortem. Inſtitut.de inutil.ſtipul.l.Qui fructus 25.l.fund.38. ff.vſufr.leg.l.vt heredibus 51. ff de legat.2.

Per quę, dubia ſublata remanent, vtrũ viuente vſufructuario vel colono, poſſit dominus inueſtire poſt eorum mortem de re quam tenent. Conſtat enim, quod hoc facere poſſit; per iura prædicta, vt poſt *Vbert.de Bobio* concludit *Alberic.de Roſat. h. num.7. Alciat.num. 50. & ſeq. Bolognet.num.51.52.81. Bald. c.ſi quis inueſtierit.ibi Aluarot.nu.2. Matth. de Afflict.nu.1. de feud.dat.in vicem leg. commiſſ. Matth.de Afflict.c.1.nu.1.& ſeq Qui ſucceſſ.ten.*

SEXTA RATIO.

46. SEXTO † Pactum diſpoſitiuũ, de quo in textu noſtro, conſiſtit, ſuſpicione, quæ contra paciſcentes militat, purgata, puta, ſi tertius, de cuius ſucceſſione illi conuenerunt, pacto conſenſum adhibeat. *text.noſt.h.ibi Cyn.nu.5.Bart. nu.*17. *Bald.nu.12. Angel.nu 6.Caſtr nu.2.Iaſ.nu.8.10.* 11.12. *Curt.nu.*10 *& 26. Dec.nu.46. Alciat.nu. 40. Cagnol.num 43. & ſeq. Bolognet. nu.26. & 45.52.cum ſeq. Natta c.quamuis part.2.nu* 111. *fall.*1.*de pact.in 6.Barthol.Socin.reg.344. fall.*1. *Guilhel.Benedict.c. Raynut. verb duas habens filias.*

ſilias.nu.236.Viuius lib.1.commun opin.verb. pactum.limit.1.nu.6.Diaz reg.pactum.limit.1 Burſat.conſ.136.num.141.cum ſeq.lib.2.

At in facti ſpecie tali, qualis Modeſtino Piſt. & Hieronymo Schurf. & ſupra nu. 42 propoſita fuit, multis modis omnis ſiniſtra ſuſpicio ceſſare videtur.

Tum (1) quod Electores & principes ſacri Romani imperii nõ niſi legalibus viris feuda concedere intelligantur. *l.2 C.crim.ſacrileg.Bologn.h.nu.51. Idẽ in l.ſtipulatio hoc modo.num.52.53.54.ff.de verb.oblig. Andr.Gail.obſ.pract.lib.2.obſ.127.num.2.*

Tum (2) quod feudi poſſeſſor agnatorum ſuorum perſonas in foro maxime Saxonico probet, dum eos ad ius coniunctæ manus admittit, quorſum facit, quod notat *Salycet.h.num.11.ad fin.*

Ita in fideicomiſſis conditionalibus heres perſonã fideicomiſſarii probare intelligitur. Ergo non eſſet probabilis eius aſſertio, ſi votum captandę mortis ſuæ fideicomiſſo induci prætenderet: quum ſi de eo dubitet, abſtinere hereditate poſſit: adeundo autẽ conſenſum fideicommiſſario poſtea paciſcenti accomodare videtur. *Alciat.h.nu.14.ibi Bologn.num 25.*

Digitized by Google

Quæ maxime inter Germanos obtinere debent, propter quorum integritatem princeps diſpoſitionem textus noſt. in totũ tollere poſſet, vt dixit *Bolognet. ibi num. 66.* pleroſq; Germaniæ bonos eſſe ſcribens, quemadmodum & *per l. 20. Tauri.* illam legem innouatã, tradit *Vaſq. de ſucceſſ. creat.* §. 18. *nu.* 171. *lib.* 2.

SEPTIMA RATIO.

47 SEPTIMO † *Ioan. Ramat. ad c. Quamuis. num.* 14. 15. 16. textum noſtrum in eiuſmodi agnatis paciſcentibus intelligit, qui ex teſtamento ſucceſſionem ſperabant, vbi conſenſu teſtatoris opus eſſe exiſtimat, vt pactum ſuſtineatur. At in ſucceſſione legitima longe aliud eſſe contendit, valere videlicet cõuentionem, ſi duo de diuidenda inter ſe aut reſtituenda alterius ignorantis hereditate, ab inteſtato obuentura paciſcantur. Illud (inquiens) mihi ſemper ambiguum & difficile viſum eſt, cur Titius & Seius, cũ cognati eius eſſent, de cuius hereditate agitur, pacti ſint de illius hereditate inter ſe diuidenda. Nam ſi in æquali gradu erant, poterãt hereditatem æqualiter ſperare: ſi vero

alter

alter proximior erat, damnũ ex pacto patiebatur, quum ſolus ſucceſſurus eſſet. Vere enim pactio inſipida eſt, ſi æqualiter ſucceſſuri de hereditate æqualiter diuidenda paciſcantur. *Cagnol. h. num.7.*

Si ergo noſter textus ad ſpem ſucceſſionis ex teſtamento coanguſtandus, in ſpe autem ſucceſſionis ab inteſtato, vt Ramatus voluit, eo de cuius hereditate bonisue agitur, ignorante, pacta ſub duabus illius conditionibus, de quibus in textu noſtro componere ſimpliciter permiſſum eſt. Non eſt, cur in feudorum ſucceſſionibus pactiones impermiſſas eſſe contendamus:

OCTAVA RATIO.

OCTAVO, † Bonum argumentum a fideicommiſſo ad feudum, & ab herede atq; fideicomiſſario, ad vaſallum feudi poſſeſſorem eiuſq; agnatos duci cōſtat. *Ludolph. Schrad. in tract. feud. part.* 10. *ſect.* 5. *num.* 222. *Cagnol. h. num.* 52. 48
At fideicommiſſarius ius quærendum aut de futura ex cauſſa præſenti obtinet. *Bologn. l.* 1. *per illum text. num.* 3. 4. *ibi reliqui. ſupra eod. Dd. h. ibi Bolognet. num.* 2.

eoq; nomine heredẽ, vt ſibi caueat, cõpellere, *l. inter omnes 12. ibi Iaſ. ff. Qui ſatisd. cog.* & non modo cum ipſomet herede, *l. 1. l. cum proponas 16. ſupra eod. l. de fideicommiſſo 11. infra tranſact. Dec. h. nu. 4. Andr. Alc. nu. 14. Ioan. Bologn. nu. 25. 36. Cacheran. deciſ.* 100. *nu.* 21. ſed & cum tertio paciſci poteſt ex communi Dd. ſententia, quam refert *Ioann. Bologn. h. num. 36.*

Tum *(1)* quod non de viuentis, id eſt, heredis grauati, ſed de teſtatoris iam defuncti hereditate agatur, cui ex fideicommiſſo ſucceditur. *l. coheredi* 41. §. *Quum filiæ. ff. vulg. & pupill.*

Tum *(2)* quod votũ captandæ mortis, facto teſtatoris aut tertii inductum, in conſideratione non habeatur. *d. l. de fideicommiſſo. Bologn. h. num. 25.*

Tum *(3)* per ea quæ ſcribit *Andr. Alciat. h. num.* 14.

Ergo idem de feudo iudicandum.

NONA RATIO.

49. NONO † hoc quoq; ad propoſitæ quæſtionis comprobationẽ adferri poteſt, quod pactio agnatorũ non tam de hereditate, quam de bonis aut quota bonorũ ſit: quæ ne iure quidẽ ciuili

improbata eſt. *Burſat. conſ. 136. n. 1. & ſeqq. lib.* 2. quæ multis aliis in mediũ productis auctoritatibus corrobari poſſent.

DECIMA ET VLTIMA ratio.

DEniq; vt alia omittam, clare interpretes noſtri decidunt, textũ noſtrũ ad feuda & bona feudalia non pertinere. Ita enim poſt Vbertũ de Bobio tradunt *h. Alberic. de Rozat. num. 7. Cagnol. nu. 136. Alciat. nu. 50. Bologn. nu. 51 52. 81. Bald. in d. c. ſi quis inueſtierit. ibi Aluarot. num. 2. de feud. dat. in vic. leg. cõmiß. Matth. de Afflict. c. 1. nu* 1. *cum ſeq. Qui ſucceß. ten.*

Ergo etſi renuntiatio de omni iure, quod quis habet, aut habere ſperat, ſpẽ ſuccedendi ex teſtamento, aut ab inteſtato non comprehendat, neq; ſpes talis, vt pote vana diſponi poſſit: per prædicta: Tamen aliud eſt in ſpe ſucceſſionis feudalis: Nam renuntiatio generalis, proximiori agnato, in quem feudi alienatio iure permiſſa eſt, facta, etiam ſpem in feudum ſuccedendi comprehendit. *Dec. conſ. 389. num.* 11. *Aym. Crauet. conſ. 303. nu. 6. not. ad c. quamuis, fallentia* 46. *num.* 147.

Hæ ſunt rationes pro parte negatiua: nunc rationes pro parte affirmatiua videamus.

PRIMA RATIO.

50. PRIMAM † autem rationem ab auctoritate præſtantium Iuriſconſultorum deducimus, qui diſertis verbis profeſſi ſunt, textus noſtri deciſionem ad feuda quoq; pertinere.

Ita enim in ſpecie tradit *Ioan.Bologn. h. num. 35. ad fin.* vbi hanc quæſtionem proponit: ſi duo fecerint pactum de feudo alterius, num illud valeat? Reſpondet autem diſtinguendo, ſi nondum feudum acquiſiuerint, ſed in euẽtũ conceſſionis domini & ſucceſſionis ſuæ paciſcantur, pactũ ſuſtineri: Si autẽ iam a domino feudum impetrauerint, & conſequenter ſub conditione mortis poſſeſſoris tantum atq; ſucceſſionis ſuæ pacti ſint, pactum concidere.

Atq; hoc pacto etiam decidunt [h] duo illa clariſſima patriæ huius lumina, Modeſtinus inquam Piſtorius, præſes Collegii iuridici in Academia Lipſienſi meritiſſimus, *in conſ. 8. num. 16. 17. 18. 19. 20. & ibi in conſ. ſeq.* Hieronymus

Schurf,

Schurf, iuridici Collegii Francofurtenſis ad Oderam anteceſſor digniſſimus. *num.5.cum ſeqq. lib.1.*

h Inclytum & venerabile collegium Ingolſtadienſe, interrogatum de ſimili facti ſpecie, allegauit *Socin. Sen. conſ.73. num.3. lib.3.*

Quorum † ſententiam ex diſputatis circa thema, ad quartã rationẽ propoſitam, receptiorem eſſe conſtat. 51.

Ibi enim concluſum eſt, dominum, poſſeſſore ignorante, feudũ tertio eo pacto concedere poſſe, ſi vaſallo ſine herede feudali decedente, id ſibi denuo aperiatur *d.c.1. Qui ſucceſſ. feud. dar. ten. d c. vnic. Qui ſucceſſ. ten. d.c ſi quis inueſtierit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ.* Iam omnes feudiſtici Dd. textum noſtrum iuribus hiſce opponunt: & tam oppoſitionibus, quam ſolutionibus ſuis clariſſime oſtendunt, deciſionẽ legis noſtræ etiam ad feuda pertinere: niſi quatenus moribus feudiſticis aliud introductum eſt: Ideoq; vna hæc omnium prope (paucis exceptis) ſententia eſt, niſi conceſſio illa, quam de caducitate ſucceſſionis appellamus, moribus cõprobata eſſet, eam ſub deciſionẽ legis

noſtræ redigendam fore, & hoc veriſſimum eſſe plane conſtabit, ſi omnium, quotquot ad manum ſunt, conciliationes probe excutiantur.

52. Scribit † autem *Matth. de Afflict. deciſ. 292. num. 2.* de iſto dubio, num dominus, poſſeſſoris feudum, alii, vt præcitatis textibus exponitur, concedere poſſet, maximã cõtentionẽ inter Placentinos ex vna parte, & Mediolanenſes atq; Cremonenſes ex altera iã olim fuiſſe, quod & textus *d. c. inueſtierit*, oſtendit.

Placentini enim affirmarunt eiuſmodi inueſtiturã non aliter valere, niſi eo conſentiente, cuius eſſet feudũ, (& ita manifeſte quæſtionem hanc feudiſticam ad textum noſtrum retulerunt) Mediolanenſes atq; Cremonenſes cõtra, nihil dubitare opinati ſunt, vtrum poſſeſſore ſciente vel ignorante, talis conceſſio fiat, dummodo eo viuente, nullum detrimentum de feudo ipſi contingat.

Hic inter Dd. conſtat Iureconſultum Mediolanenſium atq; Cremonenſium ſententiam, vltimo loco relatam approbare. Id enim alia quoq; iura feudalia

dalia oſtendunt. Sed quæ diuerſitatis ratio ſit,& quo pacto iura hæc feudiſtica cum textu noſtro cõponenda ſint, diligenter a noſtris eſt quæſitum.

Primo † *Bald.in d.c.ſi quis inueſtierit.ante num.* quinq; rationes adduxit, quibus probare vult conceſſionẽ domini feudi de feudo viuentis factam,etiam iure Romano defendi poſſe,etſi alibi aliter ſentiat: quas rationes ex parte *Aluarot. ibi & Matth de Aſflict.c 1.nu.1.& ſeqq.Qui ſucceſſ.ten.* retulit. Eandem ſententiam probat *Matth.de Aſflict.d.deciſ.292.* 53.

Verum illius ſententia neq; cōmunis eſt, neq; in puncto iuris defendi poſſe videtur: ſi rationes, quibus dogma ſuũ fulcit,probe excutiantur.

Lege (1) † inquit Baldus, cauetur, ſi pater leget ſeruum caſtrenſis peculii, viuo filio:& poſtea filius viuo patre decedat, tale legatum ſumere effectum: quũ tamen pater de peculio filii viuentis ſit teſtatus. *l ſeruũ 46. in princ.ff legat.1.* Ergo quẽadmodũ ſpes propter patris dominium,quod viuente filio, in pendenti eſt,in illo textu diſponi poteſt.*l.1. & 2.ff.caſtr.pecul.eleganter Franciſc.de Cald.* 54.

l.ſi curatorem.verb. læſis. num.93. cum ſeqq. infra .de in integ.reſtit.minor. Ita idē *in d.c.ſi quis inueſtierit*, propter dominium domini feudi, quod viuente vaſallo, in pendenti eſt, dicendum.

Verùm reſponderi poteſt, deciſionem *d.l.ſeruum.* ab illa ſolummodo ſpe, quā pater in peculio filii habet, haudquaquam, ſed aliunde pendere: eoq; Baldum a ſeparatis male argumentari.

Tum (1) quod text. *d.l.ſeruum.* extra pacti ſucceſſorii materiam verſetur: quum ſeruum filii peculiarem legare aliud, & rurſum aliud ſit, de filii ſucceſſione illo ignorante, cū tertio paciſci, vt de ſe notum eſt.

Tum *(2)* quod filius, cuius ſeruum peculiarem pater legauit, libera ſua voluntate, quandocunq; vult, diſpoſitionem patris in irritum deducere poſſit, quod cum non faciat, patri leganti tacite conſenſum accommodare videtur.

Vt proinde longū & reale diſcrimen, inter deciſionem *d.l.ſeruum.* atq; *d.c.ſi quis inueſtierit.cum concordan.* ſit.

55. Deinde *(2)* † ait Baldus ſententiam ſuam probari per ſimile.

Nam ſi ego conſtitui alicui vſumfructum in vita ſua, nulla lex prohibet illum vſumfructũ me alteri concedere, cum eius eſſe deſierit. *arg. l. vt heredibus 51. ff. legat. 2.*

At hoc fundamentum infra circa reſolutionem quintæ rationis pro parte negatiua ſubmouebitur.

Poſtea (3) † Baldus exiſtimat ſuam opinionem defendi per argumentum ab abſurdo. Nam abſurdum eſſet dicere, quod vaſallus ignoranter inueſtitus nõ poſſit contractum dicere aliquem, & agere de euictione. 56.

Quod argumentum illi inueſtituræ, quæ eſt de caducitate ſucceſſionis accõmodari nequit. Neque enim ignoranti fit promiſſio eiuſmodi. Quare a remotis & ſeparatis male Baldus argumentatur.

Adducit (4) † in argumentum *l. ſi ita quis 134. §. ea lege. ff. verb. obligat.* vbi deciditur, obligatũ non alienare, cum effectu & valide alienare poſſe, licet ad intereſſe teneatur. Iam (inquit Baldus) contractus celebratur ſuper re concedentis, nec dominus feudi obligatus 57.

eſt primo feudatario ad non infeudandũ alteri, niſi in caſum caducitatis feudi. Imo etſi hoc dixiſſet, non valeret: quia non intereſſet paciſcentis, &c.

Verum euidens eſt inter *d.c. ſi quis inueſtierit.* & textum *d.§ ea lege.* diſcrimen: & poſſent omnia Baldi præſuppoſita optimo iure negari.

Nam etſi feudum eum in caſum, de quo diſponitur, domini futurum ſit: Attamen de præſenti, reſpectu vtilis dominii, & quo ad dominum, res eſt aliena, ad vaſallum pertinens. Deinde quod Baldus nihil poſſeſſoris intereſſe exiſtimat: Verum id quidem eſt, ſi intereſſe pecuniarum, eum in caſum, in quem inueſtitura collata eſt, ſpectetur. At aliud longe maius poſſeſſoris intereſſe ſubeſt, de quo *Andr. de Iſern. c. 1. nu. 13 Qui ſucceſſ. ten.* Quantũ periculi (inquit) ſit illis, quorũ mors exſpectatur, ab experto intelleximus: quia inclytus rex Siciliæ frequẽter vtebatur hoc capitulo.

At domini pares vices vaſallis tribuere obſtricti ſunt.

58. Poſtea (5) † Baldus ad aperta iura feudiſtica prouocat, &c.

Verum hac de re nulla quæſtio eſt,

quũ eiuſmodi inueſtituræ genus textibus feudiſticis probetur: de ratione decidendi & diuerſitatis inter iura feudiſtica & textum noſtrum quæritur.

Subiungit Baldus ibi, iſtiusmodi inueſtituræ genus non de futura ſucceſſione, (vt videlicet in textu noſtro, vbi illi ſucceditur, de cuius hereditate paciſcentes tractant) ſed inueſtituram nouam eſſe, quæ non capiat effectum iure ſucceſſorio, ab illo poſſeſſore infeudato: quum ille primus inueſtitus ſine feudi ſucceſſore decedat: & ideo errare eos ait, qui credunt, quod iſte contractus ſit de futura ſucceſſione: quum ſit de caducitate ſucceſſionis, ſequitur *Matth. de Afflict. d. c. 1. num. 4. Qui ſucceſſ. ten. Idem in d. deciſ. 292.*

Hæc † Baldi conſideratio infra plenius diſſoluetur. 59.

Aliqui ſecundo loco textum *d. c. ſi quis inueſtierit*, & iura concordantia cum lege noſtra hoc pacto conciliant, quod votum captandæ mortis alienæ ita demum iure reprobetur, ſi paciſcentes in re ab alio poſſeſſa, nihil aliud iuris ſibi poſſunt vẽdicare præter

vanam ſucceſſionis ſpem, hoc modo textum noſtrũ intelligunt. Alia pacta in mortis caſum collata permiſſa exiſtimant, atq; hunc ſenſum iuris feudiſtici eſſe ſtatuunt. A qua ſententia non admodum alienus eſt *Alciat. h. num. 50. & ſeqq.* quæ infra circa ſecundam rationem pro hac parte affirmatiua confutabitur.

Omiſſis ergo hiſce duabus opinionibus, *Matth. de Afflict.* tertio loco *d. deciſ. 292. nu 5.* aliam conciliationẽ tradit, & niſi conceſſio feudi, ita vt præcitata iura habẽt, a principe fiat, eam cõcidere, ab inferiori autẽ a principe factam, deciſioni legis noſtræ ſubeſſe indicat.

60. Quarto † *Tiber. Decian. conſ. 24. num. 11. lib* 1. cum multis ſcriptoribus iuris feudiſtici, Placentinorũ opinionẽ probat.

61. Quinto, † quum plures textus iuris ciuilis textui noſtro repugnare videantur, inter reliquas cõciliationes hæc etiam habetur; quod pactum diſpoſitiuum ita demũ deciſioni textus noſtri ſubſit, ſi de hereditate hominis certi fiat, aliud ſi hereditatem hominis incerti concernat.

Ita

Ita enim textum *l.3.§.de illo.ff.pro ſocio.* componunt plures, qui infra num. 116. referuntur.

Quam conciliationem feudiſtæ præcitatis quoq; iuribus feudiſticis & textui noſtro accommodant, quod videlicet conceſſio beneficii in genere facta valeat. *arg.d.l.3.§.de illo.* in ſpecie & de certo adhuc viuentis feudo facta, deciſioni legis noſtræ ſubſit & concidat.

Diſerte enim tradunt, beneficio certæ perſonæ adhuc viuentis conceſſo, pactionem in turpitudinem vel vitium futuræ ſucceſſionis trãſire: & iure Romano haudquaquam defendi poſſe. *Iacob.de Beluiſ.d.c.1. Qui ſucceſſ.ten. Idem in c.ſi quis inueſtierit. ibi Martin. Laudenſ. de feud.dat.in vic. leg.commiſſ.*

Sexto † alii hanc quoq; conciliationem adferunt: quod feudum multis aliis modis quam per mortẽ vaſalli domino aperiatur. *Iacob. de Beluiſ.c. vnic. Qui ſucceſſ.feud.dar.ten. Rauenn. d. c.ſi quis inueſtierit.ibi Aluarot.num.2.* 62.

Atqui (vt omittam ad inueſtituram de caducitate ſucceſſionis hanc ſententiam parum quadrare) hi concilia-

tores ſatis oſtendunt, ſi conceſſio feudi a ſolius poſſeſſoris morte dependeat, eam iure ciuili defendi non poſſe, ſed ſub deciſionem legis noſtræ reuocandam eſſe.

63. Septimo † & vltimo receptior conciliatio illa habetur, quod inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, (vti a Baldo appellatur) poſſeſſore ignorante, facta, iure com̃uni neutiquã valeat: moribus autẽ & conſuetudinibus feudiſticis ſuſtineatur. Cui ſentẽtię *textus d.c. moribus.* aperte fauet: quũ ibi decidatur, moribus receptũ eſſe, quod ſpes domini de feudo ſibi aperiẽdo diſponi poſſit, &c. Et hanc cõciliationẽ tradunt *ibi Andr. de Iſern. nu. 1. Aluar. nu. 2. & Baro in Tautenberg. Iacob. de Beluiſ. in c. 1. ibi Andr. de Iſern. nu. 13. dicens*, eiuſmodi cõceſſionẽ valere iure feudorũ & moribus: *Baro in Tautẽberg*, diſerte affirmans huiuſmodi conuentiones, per quas de bonis ſuꝑſtitis agitur, odioſas & plenas triſtiſſimi atq; periculoſi euentus haberi, *per d. legẽ noſtrã*, ſed conſuetudine feudorũ conceſſionẽ tenere. *Martin. Laudenſ. nu. 20.* ſentiens materiã illius capituli eſſe odioſam,

ſam, quod ante eum ſcriptũ reliquit *ibi Iſern.n.3.& 13. Qui ſucceſſ.feud.dar.ten. Rau. d.c.ſi quis inueſtierit.ibi Alu.n.2. de feud. dat. in vic.leg.cõmiſſ. Hanc eandẽ ſententiã probat ipſemet Bald. ſibi parũ conſtans, in Auth. hoc amplius.num.*11.*infra fideicommiſſ. Herman. Vulteius in tract.feud.lib.*1.*cap 6. nu.49. Ioan. Bologn.h.nu.81. vbi hanc ſententiam communem eſſe ſcribit. Hieron. Schurf d.conſ.8. nu.6. lib.1. inter conſilia domini Modeſtini Piſtoris.*

Vnde conſtat Placentinos inueſtiturã de caducitate ſucceſſionis deciſione text. noſtri eſſe complexos: Eodẽq; Mediolanenſium atq; Cremonenſiũ & maximæ partis cõmentatorum opinionẽ recidere: quum & iura feudalia atq; interpretũ doctrinę ſatis oſtendãt, Placentinorũ ſententiã iure ciuili cõmuni verã, Mediolanenſiũ & Cremonenſium opinionẽ moribus contra ius ciuile receptã, quodq; huius cõſequẽs eſt, cõſuetudinibus feudiſticis ceſſantibus, ſtare non poſſe, ſed ſub deciſionem legis noſtræ ſubiugandam eſſe,

Eſt † ergo ſententia hæc atq; interpretatio receptior, & ea quidem in facti ſpecie communis, quam inueſti- 64

turam de caducitate ſucceſſionis appellamus, vt minime dubitandum ſit, omnes ſummo conſenſu idem iudicaturos fuiſſe, ſi thema noſtrum ſibi propoſitum habuiſſent.

Tum (1) quod noſtra facti ſpecies ad thema textus noſtri magis quadret, quam inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, vt de ſe notum eſt, & ex iis etiam conſtare poteſt, quæ *Bolognet. h. nu. 35. ad fin.* diſſerit.

Tum (2) quod Andr. de Iſernia & reliqui conſuetudinem feudiſticam, qua inueſtitura de caducitate ſucceſſionis ſuſtinetur, odioſam eſſe dicant. At cõſuetudo odioſa, maxime iuris communis correctoria, nullatenus extenditur, ne quidem ad caſus ſimiles per maioritatẽ rationis, vt per plura deducit *Gabriel. Roman. lib. 5. recept. concluſ. tit. de præſcrip. concluſ. 2. maxime num. 16. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 423. num. 15.* Nihil ergo talium odioſarum pactionum admittendum, quod non ſtatutis aut moribus probatur.

Tum (3) quod caſus noſter in terminis dictorum iurium, ſeu conſuetudinum

num feudaliũ, non ſit comprehenſus: quare remanet in diſpoſitione iuris communis; prohibentis pacta ſuper futura ſucceſſione tertii ignorantis. Nam quod in cauſſis feudalibus, in quibus ius feudorum non reperitur, ſeruandum ſit ius comune, *textus eſt expreſſus in c. 1. ad fin. de feud. cognit*. Atq; ita argumentatur *Hieron. Schurf. d. conſ. 8. n. 7*.

Sumat † ergo primæ huiuſce rationis eſt, quod diſpoſitio textus noſtri ad feuda quoq; pertineat, niſi quatenus moribus feudiſticis aliud receptũ eſt. 65.

Vtq; argumenti huius robur & pondus tanto magis appareat, hoc quoq; addere viſum eſt: Etſi maximus vltimarum voluntatem fauor ſit, talem tamen & tantum haudquaquam eſſe, vt teſtator in hereditate aut bonis ſuis alii ignoranti atq; inuito ſucceſſorem ſtatuere, atq; voto captandæ mortis alienæ locum facere queat. Poteſt quidem heredi per fideicomiſſum ſubſtituere. At heres, ſi de fideicomiſſarii integritate dubitet, abſtinere ſe hereditate poteſt. *Andr. Alciat. h. num. 14*. Et quod ad aditionem atq; reſtitutionem ex

Senatusconſulto Trebelliano faciendam cogi poteſt, nihil ad rem pertinet. Idemq; per argumentũ a ſpeciali pupillaris & exemplaris ſubſtitutionis materies oſtendit.

Quare multo minus pactionibus & actibus inter viuos iure comuni tale aliquid, iis præſertim de rebus paciſcentibus, eſt cõceſſum, quarũ illi plenũ ius aut arbitriũ nõ habent, quemadmodũ teſtatori de rebus ſuis aut arbitrio ſuo permiſſis ius teſtamenti faciendi eſt.

SECVNDA RATIO.

66. SECVNDO, Præmiſſam ſententiam non receptiorem modo, ſed & verã, eoq; deciſionẽ legis noſtræ ad ſucceſſionem patrimonialem, ſucceſſioniſq; illius ſpem (vti vulgo eam appellant) improbabilem & vanam reſtringendã non eſſe, multis grauiſſimis argumentis conſtare poteſt.

Quum enim ſucceſſionum in ius defuncti aliæ patrimoniales ſint, & ex iudicio defuncti, aliæ ex remotione alterius: quæ rurſum aut electiuæ ſunt, aut iure ſanguinis per legẽ, ſeu conſuetudinem deferuntur: vti ſupra n. 16. not. omni-

omnium harũ formarũ pacta diſpoſitiua, ignorante poſſeſſore inita, textus noſt. ratione cõtineri & prohiberi cõſtat, vtcũq; paciſcentes aut omnes, aut aliqui non improbabilem aliquam & vanam, ſed probabilem, imo & formatam interdũ ſpẽ ſucceſſionis habeant.

Tum (1) † quod Papa quidem cum Cardinalibus de futuro ſucceſſore deliberare poſſit: *Alber. de Roſat. hic. num. 6.* nulli autem, eo viuente, de ſucceſſione in Papatu paciſci liceat. Imo crimen hæreſis eſt, Papa ſuperſtite, conuenticulam facere de Papatu vt Iaſonem ſenſiſſe *Alciat. num.* 17. refert: ipſe rectius cenſuit, crimine læſæ maieſtatis tales teneri. *not. ſupra. num. 33.* 67.

Tum (2) † quod Pontifex *in c. 2. de cõceſſ. præb.* rationẽ decidẽdi ex textu noſtro præbendis accomodarit. Ergo etſi Epiſcopus aut patrõus ſpẽ habeat ex cauſſa de præterito radicatam, beneficium aliquando vacaturũ: ea tamen diſponi non poteſt. *Gondiſſal. Villadieg. de leg. q. 14. n. 68. Arnulph. Ruz. de iure regul. q. 18 & q. 48* neq; in genere, neq; in ſpecie, ne quidẽ cum conſenſu poſſeſſoris. In Eccleſia 68.

namq; ſucceſſiones fieri Canones prohibent. Ergo multo magis pacta ſucceſſoria ratione legis noſtræ improbantur. *c. Apoſtolica. 8. q. 1. c. accepimus. ibi gloſ. verb. nominatim. & Innocent. textũ noſtrum adducentes: de pact. c. 2. ibi Innocent. & Panormit. c. 3. de conceſſ præben. c. deteſtanda. & c. ne captandæ. de præben. in 6. Cyn. h. nu. 9. ibi addit. ad princip. Alberic. de Roz. nu. 1. & 5. Salycet. num. 11. Caſtr. num. 7. Curt. num. 14.* qui nimium materias iuris coherentes diſtrahere videtur. *Gozadin. num. 17. Iaſ. num. 15. Dec. num. 2. 3. Andr. Alciat. nu. 39. 45. Ioann. Bolognet. nu. 37. ampliat. 14 & nu. 80.*

69. Tum (3) † quod Romæ Cæſarum temporibus capitale fuerit, ſi quis de futuris a morte Imperatoris contingentibus diſceptaret: tantum abfuit, vt vel verbulum de ſucceſſione mutire auderent, vt pulcre docet *Auctor diſcurſ. de reb. Gallicis fol. 11.*

70. Tum (4) † quod ſpes ſucceſſionis regiæ Delphini in Gallia, principis in Hiſpania & Scotia, hoc eſt, filii primogeniti regis Galliæ, Hiſpaniæ, Scotiæ, *Ioan. Redin. de Maieſt. princip. verb. & princeps Roman. nu. 6. Hotom. de iur. ſucceſſ. regiæ, leg. 1.*

leg.1. Imo omnium eiuſmodi primogenitorum in regnis, quæ non patrimoniali, aut hereditario, ſed ſanguinis iure, per legem aut conſuetudinem deferuntur, ordine naturæ, ac diuinæ legis, & quodam iure gentium, ac cumprimis legibus regiis aut conſuetudinibus ſancita, merito probabilis habeatur: quum ſpes filii in patrimonialibus, patre viuente, multis variationibus ſubiaceat, aliter atq; in ſpe ſucceſſionis regiæ eſt, de qua pater in præiudicium primogeniti filii diſponere nequit. *Anton.Corſet.de poteſt.reg.num.4. Carol. Molin ad conſuetud. Pariſienſ.tit.1. §.8. nu.8.Hotom.de iur.ſucceſſ.reg.in regno Franciæ lege prima, Io.Bodin.de republ.lib.6.cap.5.*

Quod & in imperio noſtro, de ſpe ſucceſſionis ad Electoriam dignitatẽ, ex lege pragmatica Caroli IIII. iudicandum eſt.

Nulla tamen eiuſmodi ſpes ſucceſſionis aut regiæ, aut Electoralis diſponi poteſt.

Neq; enim aut Regum aut Electorum filiis, ſub conditione mortis parentum, & ſucceſſionis ſuæ regiæ, aut

electoriæ feuda concedere , aut alia pacta diſpoſitiua facere licet.

71. Hinc † Dd. deciſionem textus noſtri non modo creberrime ad filios pertinere ſtatuunt: quum & illi vitæ parentum inſidientur, vt ſupra num. 16. Sed & idem iuris in filiis magnatū eſſe perhibent. Baldus namq; in *Auth. hoc amplius. nu. 9. infra fideicommiſ.* textum noſtrum ad filios regum accommodat. Quærit enim an filii regis, viuo rege, poſſint inter ſe diuidere Baronias pro futuris diſſenſionibus declinandis: Reſpondet quod ſic, de conſenſu regis, & dicit requiri eius perſeuerantiam vſq; ad mortem, *per textum noſtrum h.* Clare ergo ſentit, pacta diſpoſitiua filiorum regis deciſioni legis noſtræ ſubeſſe: ſequitur *Ludouic. Roman. h num. 8. Corſet. de regia poteſt. part. 2. nu. 4. 5. not. ſupra. nu. 16.*

Eodemq; pertinet, quod Dd. de regina Apuliæ ſcribunt, eam in caſum mortis ſuæ conſenſum de ſuccedendo aliis accommodare noluiſſe. *Salyc. h. ibi Iaſ. num. 10. in 6. notab.*

Clarius pronuntiat *Auctor diſcurſ. de reb. Gallic. fol. 11. 12.* vbi allatis Ottomanicæ gen-

cæ gentis & Franciſci cognomento Magni regis Gallorum exemplis, thema hoc figit, de rege viuo actum eſſe, ſi de ſucceſſore a diſſertationes aut dimicationes admittat: Ideoq; & iam olim capitale fuiſſe, ſi quis de futuris a morte Cæſaris aut regis diſceptaſſet: & hodie per orbem varias gentes reperiri, apud quas etiamnum capitale habeatur, vel in præſumtum ſucceſſorem principis curioſius inquirere.

a De pactis ſucceſſoriis, ignorante & inuito rege factis, eodemq; ſpectantibus dimicationibus hæc accipienda. Regem enim ceteris paribus, conſenſu ſuo pactum comprobare poſſe conſtat. Ita a memoria Diocletiani, & paulo etiã antea, Cæſaris appellatio, ſecundariæ in Rom. Imp. poteſtatis nomen fuit, vt Cæſares quaſi principum & Auguſtorum filii, atq; deſignati maieſtatis heredes atq; ſucceſſores, imperio cooptarentur, quos hodie reges Romanorum appellamus. Spartian. in Vero, ad cuius auctoritatem omnes communiter prouocant. Auen. in annalibus Boiorum in Heliogabalo ad fin. Cuſpinian. in Marco Antonino *nu.* 49. & in Seuero *num.* 62. 63. 65. in Marco Iulio Philippo. *nu.* 87. Albert. Krantz in metropoli *lib.* 4. *cap.* 1. *Dd. in proœm. pandect.* ibi Vacca ſuper verb. Auguſtus & Duaren. *cap.* 1. *Reſtaur. de Imper. q.* 41. vbi Amiani Marcellini, Marci Antonii Sabelli-

ci,& Alciati auctoritates adfert. *Gouean. in l.*11. *ff. iuriſdict. Tiraq. de iure primogen. q.*17. *opin.*4. *præcipue num.*22.26. *& q.*33. *num.*5. *Petr. Gregor. in Syntag. lib.*18. *cap.*2. *num.*20. Et noſtra memoria, Impp. conſortes imperii reges Romanos habuere. Vt de aliorum Germanorum Cęſarum imperiis, Caroli videlicet Magni, cui Ludouicus pius,& huius rurſus,cui Lotharius,Lotharii ſecundi, cui Ludouicus ſecundus, Ottonis Magni, cui filius, Friderici Barbaroſſæ, cui filius, Henricus ſextus,Friderici ſecũdi,cui filius Conradus IIII. ſocii & ſucceſſores deſtinati fuere, nihil dicam.

Omnium autem clariſſime canon 4 Concilii Toletani 5. Anno 646. Theodoro Papa primo & Chintillano rege a 24 Epiſcopis habitum,rem hanc definit: quem *Dn. Hotomannus de ſucceſſ. reg. in regn. Franc. l.*4. adduxit.

Eius capitis verba ita habent: Ergo quia & religioni inimicum,& hominibus conſtat eſſe pernitioſum, futura illicite cogitare, & caſus principum exquirere,ac ſibi inpoſterum prouidere: Quum ſcriptum ſit, non eſt veſtrum noſſe momenta vel tempora,quę pater poſuit in ſua poteſtate: hoc decreto cenſemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquiſiuiſſe,& viuente principe, in alium

in aliũ attendiſſe pro futura regni ſpe,
aut alios in ſe propter id attraxiſſe, a
conuentu catholicorum excom̃unica-
tionis ſententia expellatur. 72

Tum (5) † quod filii Ducum, Comi-
tum feudatariorum ſpem ſuccedendi
habeant. *Iacobin. de S. Georg. in tract. feud.
verb. Dux. verſ. dubitatur etiam. nu. 1. Mar-
tin. Laudenſ. c. 1. nu. 1. Quis dicatur Dux. Dec.
c. Eccleſias S. Mariæ. n. 52 de conſtitut. Andr.
Tiraquell. de iure primog. q. 33. per tot. Carol.
Molin. ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. *§. 8. gloſ. 3. nu.
2. Oldrad. conſ. 94. num.* 15. *Ancharan. conſ. 82.
dicta facti narratio. nu. 8. prope fin. Alex. conſ.*
4. *maxime num. 11. & ſeq. lib.* 4. *Carol. Ruin.
conſ. 19. nu. 2.* 12. *13. 16. lib.* 1. *Sigiſmund. Loff-
red. conſ. 17. n. 39. 49. 58. 60. Bologn. conſ. 8. n. 27.*
eamq; probabilem & talem, vt viuis
etiam Ducibus, Comitibus, feudata-
riis parentibus, ipſi Duces, Comites
feudatarii habeantur. *gl. ſolennis in can.
fin. verb. rex. 24. q. 1.* addens, hoc eſſe argu-
mentum pro Comitibus Teutoniæ &
Italiæ. *gl. fin. c. fin. de feud. cognit. Andr. de
Iſern. c.* 1. *num.* 2. *ibi Matth. de Afflict. num. 6.
Quis dicatur Dux. Iaſ. in l. Quoties. num 32.
infra de rei vendic. latiſſime Andr. Tiraquell.*

d.q.33.per tot. Idem in repet. l.ſi vnquam. in præfat.nu.20.C.reuocand.donat.Corſet. de regia poteſtat.part.3.num.25. vbi tres effectus iuris huiuſce refert. *Ludolph.Schrader.in tract.feud.part.10.ſect.5.num.221.Ruin.conſ. 19.num.2. & 13. lib.1. Tiber. Decian. conſ.20. num.230.lib.3.* Neq; tamen ſpem hanc diſponere poſſint, vt & relati Dd. communiter ſentiunt, & ex adductis circa præcedens membrum liquet.

Vt proinde neq; inferiorum feudatariorum aut filiis aut agnatis id liceat: quũ feuda ſubiecta regno, electoratui, aut Ducatui naturã capitis habere intelligantur. *Ludolph.Schrad.in.tr.feud.tit. 10.ſect.5.n.220.Tib.Dec.conſ.32.nu.29.lib.2.*

73. Tum (6) † quod primogeniti reſpectu primogenituræ etiã iure hereditario, a lege conſuetudinaria tributę, omneſq; liberi, quo ad legitimã, reſpectu certorũ effectuum, ſpẽ habeant probabilem & conſiderabilem, a iure naturali, gentium, vel ciuili introductã & approbatam, in bonis & ſucceſſione futura patris viuentis. *Bart. in l. is poteſt.n.8.ibi Caſtr. nu.1.& 2.* & hanc communem eſſe, atq; Dd. cum Bartolo ita ibi tranſire teſtati

ſunt

ſunt *Iaſ. nu. 14. Rober. Marant. nu. 255. ff. acquir. hered. Andr. Alc. h. nu. 6. cum ſeqq. Carol. Molin. d. tit. 1. § 8. gl. 3. nu. 4. Corn. conſ. 34. n. 8. & 66. lib. 1.* Neq; tamen ſpes hæc a filio viuo & ignorante patre diſponi poteſt. *Bart in l. ſciendū. prope fin. ff. Qui ſatisd. cog. Franciſc. Curt. h. nu. 1. 2. 6. Bolognet. ibi nu. 160. & reliqui. Iaſ. d. l. is poteſt. nu. 14. ibi Robert. Maran. nu. 255. Idemq; probat textus elegans l. 1. §. ſi impuberi. cum gl. ff. collat. bon.*

Quærit enim ibi textus, ſi filius arrogatus petat bon. poſſeſſ. naturalis patris, an quartam, quam legis beneficio in bonis arrogatoris habet, *l. ſi arrogator 22. ff. adopt.* conferre teneatur.

Et priuſquā illi quæſtioni reſpondet, dicit Iuriſconſultus filium arrogatū ius illius quartæ tranſmittere ad heredē, quod vltima gloſſa *in princ.* etiam patre arrogante ſuperſtite, intelligit.

Nam etſi debitum ex teſtatoris voluntate pendens non tranſmittatur: tamen aliud eſt, vbi ex beneficio legis communis vel ſpecialis & taliter competit, vt tolli non poſſit per illum, a quo debetur, ſicut ius primogenituræ quaſi æs alienum tranſmittitur: &

tamen de hac quarta, viuo arrogatore, filius paciſci aut diſponere nequit: quin potius ſpes illa, quam habet, præmatura ibi dicitur. *additio ad Speculat. tit. de feudis, §. 1. col. antepen. vbi textũ d. §. ſi impuberi. ita explanat. Ioann. Bolognet. h. nu* 160.

Ergo ſi filius viuo & ignorante patre, ius præcipui, ſibi reſpectu primogenituræ competens, aut legitimæ, vendere, donare, hypothecare, vel alio modo diſponere præſumſerit, ex hoc attentato, tanquã indignus ſucceſſione patris, perſequente fiſco, nedum iure primogenituræ aut legitimæ, ſed tota & vniuerſali portione, quę ad eum fuit deuoluta ex ſucceſſione patris, priuabitur: vt ambigendum non ſit, deciſione legis noſtræ & iuriũ concordantiũ, hunc quoq; caſum contineri. *Alciat. h. num. 16. 30. 34. communem dicens. ibi Bologn. num. 39. pulcre Carol. Molin. d. tit.* 1, §. *8. gloſ. 3. num. 6. &* 26.

74 Tum (7) † quod ſpes pupillaris ſubſtitutionis, probabilis merito habeatur: quũ ſubſtituto aliter auferri non poſſit, niſi pupillus cũ auctoritate tutoris, cauſſa legitima ſubſiſtente, bona ſua

alienet:

alienet. *Alciat h. nu 8.* Neq; tamen ſubſtitutus ſpem diſponere poteſt. *l.2.§.interdum ff.vulg & pupill.* niſi ratione conſequentiæ & vniuerſitatis, ita vt pupilli hereditas veniat acceſſorie: quũ multa per vniuerſitatem transferantur, quæ ſpecialiter trãſire nequeunt: quo modo Dd textum *l. 2. §. illud. ff. heredit. vel act. vend.* cõmuniter intelligunt, vt infra num. 118. Et ſi aliter diſponat, eius diſpoſitio deciſioni legis noſtrę ſubeſt, vt omnes ſenſere hic, *ibi Bolognet. num. 35. ad fin.*

Imo multis viſum eſt, & rectius quidem, ſubſtitutum de ſpe pupillaris ſubſtitutionis nullatenus diſponere poſſe: qui repudiato cõmuni intellectu, textũ *d. l.2. §. illud.* ita intelligunt, quod particula (maxime) ibi neceſſario non inferat pupillum viuere, ſed non eſſe delatam hereditatẽ, quod contingere poteſt, eo etiam mortuo, vt infra nu. 118.

Tum (8) † quod ne quidem de iure, ex contractu valido competente, atq; de præſenti exigibili, paciſci liceat, vbi paciſcentes aut omnes aut aliqui ſucceſſionem ſperant, & paciſcendo con- 75.

Digitized by Google

ditiones textus noſtri ſimul complectuntur.

Quærunt Dd. num nam deciſioni legis noſtræ locus ſit, quando partes ita paciſcuntur: Promittiſne de tuo proprio patrimonio mihi dare centum, ſi Sempronius morietur, & eius hereditas ad te perueniet.

Aliqui exiſtimant pactum valere, quorum in numero eſt *Alciat h. num. 15.*

Curtius econtra fluctuans, vt iam monui, diſſentit. Cuius ſententiam veram eſſe conſtat.

Qui autem contrarium ſenſere, in aperto errore verſantur, & ea ratione decepti ſunt, quod textũ legis noſtræ ad pactum alienæ hereditatis diuiſorũ reſtringendum putarunt.

Quinimo ſententiam, quam Curtius dubitatiue tenet, textu legis noſtræ aperte definiri, eoq; veriſſimam, & communiter receptam eſſe, conſtat.

76. Quando † enim creditores paterni, patrem de præſenti exigere valentes, cum debitoris filio paciſcuntur, ſi pater debitor moriatur, & filius ſuccedat, ſe crediti certam partem remittere, pactum

pactum valet, *l. & ſuum 8. §. idem probat. ibi pulcre Caſtren. nu. 23. ff. pact.*

Et quanquã circa rationẽ decidendi Dd. multum varient: Tamen vera & cõmuniter a Dd. recepta illa decidendi ratio eſt, quod deciſio *d. §. idẽ probat.* contineat ius ſpeciale, non quidem reſpectu filii, ſed ratione pacti liberatorii, & fauore liberationis, quẽadmodũ infra nu. 109. fallentia prima exponitur.

Si ergo pactum, quo filio ſub conditione mortis patris & ſucceſſionis ſuæ, creditores ius crediti ſui remittunt, iure communi non valet, ſed iure tantum ſpeciali atq; ſingulari, fauore nimirum liberationis ſuſtinetur: ſequitur ius commune ex receptiori Dd. ſententia, plane eſſe in contrarium: & pactum, quo futurus ſucceſſor ſub conditione mortis tertii & ſucceſſionis ſuæ, quocunq; modo ſe obſtringit, (quod videlicet, aut de hereditate, aut de ſuo proprio patrimonio aliquid dare velit) nullatenus tenere.

Vnde clariſſima hæc & ineuitabilis concluſio ducitur: quod ex communi Dd. ſententia, & textu legis noſtræ atq;

Digitized by Google

d. §. *idem probat.* ne quidem de re mea, aut mihi debita, cum eo, qui ſpem ſucceſſionis habet, ita paciſci iure cõmuni liceat, vt conditiones legis noſtræ ſimul complectar.

77. Eodemq; † ſenſu cum *d.* §. *idem probat.* Dd. etiam *l. & heredi* 22. §. *filia. ff. de pact.* exponunt: quod videlicet ratio decidendi ad illum textum non tam in iure filiæ competenti, *Bart. in l. filiusfamilias la* 1. *ff. ſolut. l. cum dominus.* §. *ſolus. num.* 2. *ff. pecul. leg.* in quo ſolo *Alciat. h. nu.* 53. hæret, quam in fauore liberationis conſiſtat. *Bart. h. num.* 17. *Bald. num.* 22.

78. Conſtat † hinc etiam dubiam eorum ſententiam eſſe, qui perhibent, ius primogenituræ particulare, ex lege contractus, conceſſionis vel inueſtituræ competens, viuo patre, per primogenitum cedi, & vendi poſſe: nec ſatis tutam rationem eſſe: quod tunc de ſucceſſione viuentis neq; in totũ, neq; pro parte agatur, & ſic deciſio legis noſtræ ceſſet, vt poſt *Panormit. & Dec.* affirmauit *Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. d. tit.* 1. § 8. *gl.* 6. *nu.* 6. & 28. quorſum auctoritas *c. Quam periculoſum.* 7. *q.* 1. & alia iura de

ſpe in

ſpe in diſpoſitionem veniente adduci ſolent. Dubia inquam hæc ſunt,

Tum (1) quod ceſſio primogenituræ, quam Eſauus fratri fecit, ad quam textus *d.c. Quam periculoſum*, reſpicit, ex adſenſu patris, qui Iacobo benedixerat, robur atq; vires habuerit: Vt proinde id exemplum textui legis noſtræ plane conueniat: quæ omnium reſponſionũ, quas *Iaſ. in l. is poteſt. num. 31. cum ſeqq. ff. acqui. hered. Matth. de Afflict. c. 1. num. 38. cum ſeqq. de not. ſucceß. feud. Cacheran. deciſ. 100. num. 39.* adducunt, optima eſt.

Nam qui ius primogenituræ apud Iudæos in certis tantum iuribus, quæ *Corſet. de reg. poteſt. part. 5. nu. 74. Iaſ. & Cacher.* recenſent ſitum fuiſſe, eoq; a primogenito libere abalienari potuiſſe opinantur, in eodem cum Molinæo errore hærent.

Nos autem regulæ innitimur: quod pactum diſpoſitiuum, ignorante eo, de cuius ſucceſſione agitur, etiam ſuper vna tantum re initum, diſpoſitioni & deciſioni textus noſtri ſubſit, & nihil valeat. *Dd. in l. ſtipulatio hoc modo. ibi Lud. Roman. nu. 23. 24. Ioan. Crot. nu. 46. 47. 48. ff. de verb. obligat. Cagnol. hic nu. 56.*

Tum (2) quod ad hoc, vt deciſioni legis noſtræ locus ſit, haudquaquam exigatur, vt ſuper hereditate tota eiuſue quota pactum diuiſorium fiat: ſed ſufficit, ſub conditione mortis tertii ignorantis & ſucceſſionis vnius aut pluriũ paciſcentiũ, pactũ obligatoriũ factũ eſſe, vt ex præcitatis liquet. Neq; refert, vtrũ de hereditate tota aut quota, aut certa tantũ re hereditaria, aut etiã non hereditaria pacti fuerint per prædicta.

Tum (3) quod neq; ſpes vana, neq; radicata atq; probabilis, vti appellantur, imo ne res quidem aut ius certum in pactum obligatorium deduci poſſit, ſi paciſcentes cõditiones textus noſtri tacite aut expreſſe cõplectãtur, vt præcitatæ cōmunes theoricæ oſtendunt. At ſi ius primogenituræ particulare in certa re ita filio cõpetat, vt paciſcentes cõditiões legis noſtrę neq; expreſſe neq; tacite cõprehẽdãtur, qn de eo ꝓ arbitrio poſſit diſpõere, nõ eſt q ambigat.

TERTIA RATIO.

79. TERTIO † requiſita textus noſtri in præcitata facti ſpecie cõcurrunt, vt proinde & deciſioni illius locum eſſe oporteat.

Requirit namq; textus, vt (1) de tertii ignorantis ſucceſſione, (2) pactũ, (3) ab habentibus aut fouentibus ſpem ſucceſſionis, (4) ſub duabus cõditionibus, (ſi & ille, de cuius ſucceſſione agitur, mortuus fuerit, & vel omnes paciſcentes, vel aliqui illorum ad ſucceſſionem vocentur) compoſitum fuerit. Ita probat textus & ibi omnes Dd.

At illi, de quibus Dn. Modeſtinus & Schurf. reſponderunt, ſpẽ ſucceſſionis habuere, & de agnati ſui omnino ignorantis ſucceſſione, ſub duabus illis cõditionibus ſunt pacti. Idemq; de omnibus agnatis, qui ſimilia pacta faciunt, recte & vere dici poteſt.

Nec mouet, quod textus de ſucceſſione hereditaria in bona allodialia loqtur, vbi is, de cuius ſucceſſione agitur, ſuo aſſẽſu robur pacto tribuere poteſt.

Tum (1) quod exempla non reſtringant.

Ergo etſi lex noſtra de ſpe ſucceſſionis, ex cognatione proueniente, meminerit: interpretes tamen illo exẽplo textũ minime reſtringi) ſed nihil õnino referre dicunt, ſiue paciſcentes ſpẽ

Tum (2) quod ad hoc, vt deciſioni legis noſtræ locus ſit, haudquaquam exigatur, vt ſuper hereditate tota eiuſue quota pactum diuiſorium fiat: ſed ſufficit, ſub conditione mortis tertii ignorantis & ſucceſſionis vnius aut pluriũ paciſcentiũ, pactũ obligatoriũ factũ eſſe, vt ex præcitatis liquet. Neq; refert, vtrũ de hereditate tota aut quota, aut certa tantũ re hereditaria, aut etiã non hereditaria pacti fuerint per prædicta.

Tum (3) quod neq; ſpes vana, neq; radicata atq; probabilis, vti appellantur, imo ne res quidem aut ius certum in pactum obligatorium deduci poſſit, ſi paciſcentes cõditiones textus noſtri tacite aut expreſſe cõplectãtur, vt præcitatæ cōmunes theoricæ oſtendunt. At ſi ius primogenituræ particulare in certa re ita filio cõpetat, vt paciſcentes cõditiões legis noſtrę neq; expreſſe neq; tacite cõprehẽdãtur, qn de eo ꝓ arbitrio poſſit diſpõere, nõ eſt q ambigat.

TERTIA RATIO.

79. TERTIO † requiſita textus noſtri in præcitata facti ſpecie cõcurrunt, vt proinde & deciſioni illius locum eſſe oporteat.

Requirit namq; textus, vt (1) de tertii ignorantis ſucceſſione, (2) pactũ, (3) ab habentibus aut fouentibus ſpem ſucceſſionis, (4) ſub duabus cõditionibus, (ſi & ille, de cuius ſucceſſione agitur, mortuus fuerit, & vel omnes paciſcentes, vel aliqui illorum ad ſucceſſionem vocentur) compoſitum fuerit. Ita probat textus & ibi omnes Dd.

At illi, de quibus Dn. Modeſtinus & Schurf. reſponderunt, ſpẽ ſucceſſionis habuere, & de agnati ſui omnino ignorantis ſucceſſione, ſub duabus illis cõditionibus ſunt pacti. Idemq; de omnibus agnatis, qui ſimilia pacta faciunt, recte & vere dici poteſt.

Nec mouet, quod textus de ſucceſſione hereditaria in bona allodialia loqtur, vbi is, de cuius ſucceſſione agitur, ſuo aſſẽſu robur pacto tribuere poteſt.

Tum (1) quod exempla non reſtringant.

Ergo etſi lex noſtra de ſpe ſucceſſionis, ex cognatione proueniente, meminerit: interpretes tamen illo exẽplo textũ minime reſtringi) ſed nihil õnino referre dicunt, ſiue paciſcentes ſpẽ

ſuccedendi ratione cognationis habeant: vel extranei ſint, & ſpem nullam omnino habeant: dummodo ex poſteriore euentu cōiicere liceat, quod paciſcentes ſpē aliquā fouerint. Ita poſt *Vbert. de Bob. Alberic. de Rozat. h. nu. 6. Bart. num. 18. Franciſc. Curt. nu. 13 Iaſ. nu. 2. Alciat. nu. 14. 30. Ioann. Bolognet. num. 15. 22.*

Tum (2) quod in præcedente ratione decidendi ſatis, vt opinor, demonſtratum ſit, deciſionem legis noſtræ ad omnia ſucceſſionum & bonorum genera, & ad feuda maxime pertinere: quum deficiente lege feudiſtica, iura feudalia ſtrenuum legisperitum ad deciſionem iuris communis recurrere iubeant *in d. c. 1. ad fin. de feudi cognit.*

80. Tum (3) † quod feuda, de quibus Dn. Modeſtinus Piſtorius & Hieronymus Schurffius reſponderunt, conceſſa ſint illis ab A. & ipſorum heredibus feudalibus, ihren Männlichen leibs Lehenserben, vt inueſtituræ verba oſtendunt.

Quare feudum hereditarium erit, in quo iure [a] hereditario ſucceditur, ex receptiori Dd. ſententia, multis illuſtrata a *Dn. Hartman. Piſt. q. feud. 1. nu. 82.*

cum

tũ ſeqq. 14. Quam in feudis Electoratus Marchionatus Brandeburgici, parum difficultatis habere conſtat.

a Nonnullis viſum eſt, agnatum feuda cum hereditaria, tum mixta, ſine hereditate habere poſſe: quos in eleganti ſynopſi feudali refert, *Roſenthal. cap. 7. conclu.* 41. 3. Herman. Vult. *IC. clariſs. in doctiſſimo tr. feud. lib. 1. cap. 8. num.* 30. illorum ſententiam veriorem eſſe iudicat, qui exiſtimant, in feudo ſimpliciter hereditario, ita ſuccedi, vt ſucceſſor ſit non tantum heres defuncti vaſalli, ſed etiam ſuccedat iure hereditario: in feudo autem hereditario mixto, cogatur quidem ſucceſſor eſſe heres, propterea tamen non ſuccedat in feudo iure hereditario, ſed iure ſanguinis. §. Dn. Hartman. in feudo hereditario, quod mixtum appellatur, iure hereditario ſuccedi, vltra omnes, quos mihi videre contigit, feudiſticos doctores, accuratiſſime oſtendit.

Nam etſi & iſthic loci ius coniunctæ manus fundamentũ ſucceſſionis feudalis, collateraliũ reſpectu, habeatur: ipſam tamen ſucceſſionem non ſecundum naturam coniunctæ manus, ſed iure hereditario fieri, ex eo etiam conſtat, quod iuxta receptũ illius loci ſtylum atq; morem in viridi obſeruantia ſit, Das die Söhne vnd agnatẽ indiſtincte, wo die bona hereditaria nicht genug/ vnd die ſchulden daruon nicht können

bezalt werden / die ſchulden vom lehengut bezalen müſſen.

Darumb wann ſich einer in ſchulden zu ſehr vertieft/vnd er oder ſeine Erben zahlen müßen/werden vff den fall / wann die Erbgüter nicht zureichen / die vbrigen ſchulden vom Lehengut bezalt / Welche dann in præiudicium proximorum agnatorũ verkaufft werden.

Vnde ſi quis bonis cedit, etiam bona feudalia diſtrahuntur: quum cedens ad extremum quadrantẽ excutiatur.

Hæc (inquam) practica ibi viget, vt plane cõſtet, agnatos iure hereditario in feuda ibi ſuccedere: & interpretum diſſertationes variantes nobis hic obſtaculo non eſſe. Atqui feudum in vno alteratum, etiam in conſequutiuis alteratum intelligitur. *Albert. Brun. conſ. feud. 35. col. 4. verſ. vltimo ſaltem querela.*

Tum (4) quod ratio decidendi textus noſtri ad omnia ſucceſſionũ genera, & cum primis ad feuda quoq; hereditaria ſpectet, vt prima ratione, verſic. ſeptimo & vltimo, &c. & ſecũda ratione demonſtratum fuit. Ergo eodem deciſio ſpectabit, per iura vulgata. Et

vbi

vbi finis prohibetur, (votum ſcilicet captandæ mortis alienæ) quælibet via prohibita cenſetur, ſiue directo, ſiue per indirectum ad illum finem tendat. *Gemin. c. deteſtanda. nu. 5. ibi Philipp. Franc. num. 2. in 4. notab. de conceſſ. præbend. in 6.*

QVARTA RATIO.

QVARTO, † Pacta ſucceſſoria, quãdo plures de feudo ſimultanee inueſtiti ſunt, & duo proximiores, æquali gradu cõſtituti, paciſcẽdo, filios quoq; complectuntur, non vno tantum vitio laborant, ſed duabus de cauſſis plane inutilia, nulla reprobata ſunt, & deciſione legis noſtræ cõprehenduntur: quũ & ſucceſſionis futurę, & ordinis ſucceſſionis feudalis diſpoſitiua, immutatiua atq; deſtructiua ſint. Vt propter duplex vitium & maiori odio habeantur digna, & magis quam pacto diſpoſitiua ſimplicia prohibitione legis noſtræ contineantur: nulloq; iure vel Saxonico vel communi iuſtificari poſſint. 81.

De Saxonico iure vt multum laboremus, opus non eſt: quum extra territorium Saxonicum verſemur, vbi iure communi cauſſæ definiuntur.

More namq; maiorum in Germania iam olim nulla in feudis collateralium ſucceſſio fuit. *Hoſtienſ in ſua ſumma tit. de feud. ſub rubr. Qualiter feud. conſtituan. poſt med. Alberic. de Rozat. in Dictionario. verb. feudum. verſic. Qualiter adquiratur feudũ. Henning. Goeden conſ. 22. nu. 11. verſic. ſecundo affirmat. Modeſtin. Piſtor. conſ. 8. num 4. lib.* 1. *Dn. Hartm. Piſt. q. feud. 19. num. 89.* quo veterum Germanorum iure etiamnũ Saxonia vtitur. *cap. 6. & 21.* Lehenrecht. ita tamẽ, vt quo ad collaterales iuri agnationis, ius cõiunctæ manus ſucceſſerit: quum præter ſimultaneam inueſtituram aut ius coniunctæ, quo ad collaterales, nullum in terris Saxonicis ſucceſſionis vinculum ſit. *Auth. different. inter ius ciuile & Saxon. lib.* 1. *differ. 29. & lib. 2. part. 3. differ. 28. Dn. Hartm. Piſt. d q. 19. num.* 41. *cum ſeqq.* Cuius ſimultaneæ inueſtituræ introducendæ aut imutandæ ius haudquaquam penes agnatos eſt: ſed ad eam cõſenſus domini feudi, *Hartm. Piſt. q. feud. 20. num. 16. Henning. Goeden conſ. 22. num. 2. Modeſtin. Piſt. conſ. 40. nu. 55. lib 2.* & conſenſus poſſeſſoris feudi, *textus clariſſimus* im Churfürſtlichen Sächſiſchen

auß-

außſchreiben vom 18. May *Anno* 1583. *ſub tit.* welcher geſtalt die *agnaten* ein Lehen *&c. reuociren* mögen *&c.* §. vnd dieſes alles &c. *Iacob. Toming. deciſ. 23. nu. 7. Dn. Hartm. Piſt. q. feud. 20. ante num. & nu. 2. 6. 22. & ibi in conſilio ſubiecto Modeſtin. Piſt. num 22. 38. 45. Idem Hartm. Piſtor. q. feud. 25. nu. 11. Modeſtin. Piſt. d. conſ. 40. num. 55. 64. lib* 2. atq; proprium factum eius requiritur, qui aut ius coniunctæ manus, aut eius immutationem obtinere velit: quod quidem proprium factũ in petitione, homagii præſtatione, acceptatione & reali apprehenſione coniunctæ manus conſiſtit, vt nota practica habet, & præcitato reſcripto Electoris Saxoniæ clare exponitur.

Quin & omnium, quorum intereſſe vertitur, conſenſus neceſſarius eſt, vbi de iure coniunctæ manus immutando agitur: quum ignoranti & inuito ius ſemel quæſitum extorquendum non ſit, per iura nota.

Atqui pacto de quo Schurffius reſpondit & ſupra nu. 42. mentio habita eſt, nihil horum requiſitorum adhibitum eſt, vt minime dubitandũ ſit, iure

Saxonico plane vitioſum illud atq; reprobatum eſſe.

Nec minus iure communi res expedita habetur.

Tum (1) quod in necem agnatorum, quibus ex cõtractu feudali ius eſt quæſitum, ordo ſucceſſionis immutari non poſſit, ne quidem domino feudi aſſentiente. *Albert. Brun. cõſ. feud. 121. verſ. Quod ſi replicetur. Ioan. Iacob. de Leod. inter conſilia Bruni, conſ. 114. nu. 202. cum ſeqq. Matth.* Weſenbec. *conſ. 6. nu. 179. cum mult. ſeqq. luculente Ioan. Cephal. conſ. 617. nu. 5. & nu. 101. cũ multis ſeqq.* Quum ius noſtrũ ſine facto noſtro nobis auferendũ non ſit, per prædicta.

Tum (2) quod agnatus amplius ius non habeat in feudo, quam illi aut tenor inueſtituræ, aut iura feudiſtica tribuunt.

Porro vt nulla iura aut Canonica, aut ciuilia, aut feudiſtica eiuſmodi pactum odioſum diſpoſitiuũ, & maxime ordinis ſucceſſionis feudalis deſtructiuum probãt: Ita ne quidẽ tenor inueſtituræ in feudis propriis tale aliquid indulgere ſolet. Eſt enim contractus feudalis ſtricti iuris, & proinde ſtricte intelligẽdus

dus *Bald.& Aluarot.c.1.de feud.cognit.* Ergo in eo nihil extrinſecũ eſt intelligendũ: ſed tenor inueſtituræ ad literã potius tenendus eſt, vt nihil in eo cõprehendatur, quod non inueniatur clare expreſſum. *Bald.c.1.§.idem quod.num.2. Quæ fuit prima cauſſa. per text. c.1. de duob.frat. a capit.inueſt.* præſertim quo ad tertium. *Dec.conſ.478.num.24.25.*

Paria ergo ſunt, aut ſpem nullam omnino habere, & in eum caſum diſponere, in quẽ natura actus non porrigitur: quum ſpei ratione non ſit plus concedendum, quam ſi ducta foret ad effectum *Raph. Cuman. repet. l.ſi filius.nu. 11.ff.de liber. & poſthum.*

At ſi agnatus proximior, obtento iam mortui feudo, ordinem ſucceſſionis cũ aliorum præiudicio, pacto immutare voluiſſet, id non potuiſſet: Vt multo minus ſpem pacto eiuſmodi odioſo & reprobato ita diſponere potuerit.

QVINTA ET VLTIMA RATIO.

QVINTO † accedit communis illa theorica quod in conflictu rationũ pronuntiandum ſit, pacta diſpoſitiua, prohibitione legis noſtræ contineri. 82.

Decidit textus noſter, pactum diſpoſitiuum ſuper hereditate tertii adhuc viuentis & ignorantis non tenere.

Sed quid ſi is, cuius ſucceſſio pacto diſponitur, reuera quidē mortuus ſit, paciſcentes autem id ignorent, verum vt de abſentis hereditate contra legis prohibitionem paciſcantur: an pactū deciſioni legis noſtræ continebatur?

Pro vtraq; parte rationes in promtu ſunt: ſed interpretes in hoc conflictu, pactum legis noſtræ deciſioni ſubeſſe pronuntiant. Ita enim poſt Hubertum de Bobio ſenſit *Alber. de Rozat. ibi num. 6. Caſtren. nu. 2.* quibus pleriq; alii ſubſcribunt, ea ratione permoti, quod actus habens ſe ad prohibitionem atq; permiſſionem, prohibitus intelligatur *l. 1. §. ſi pendeat. ff. ad SC. Macedon.* vt ſupra ampliatione 5. nu. 20. expoſitū fuit. Quæ ſententia etiam egregio illo atq; peregrino textu *l. nec nos 4. infr. capt. & poſtlim. reuerſ.* de quo, teſte Cagnola in *l. noſtra h. nu. 26.* interpretes magnum feſtum faciunt, probatur. Ibi enim mulier fuerat mortua, vt textus ſatis oſtendit, & notant *Gozadin. in d. l. 1. num. 14. Zuchard.*

num.

num.103. Bolognet.num.57.ſupra hoc tit. Idem Bologn.h.num.29. circa quartam ampliationem. Vt proinde dubium fuerit, num nam illius hereditas diſponi potuerit. Et tamen textus clariſſime decidit, ſuper facultatibus eius, cuius incerta vita atq; fortuna fuit, tranſigi vel iudicari non potuiſſe.

Porro eorum, † quæ huc vſq; diſputata ſunt, ſententia hæc eſt, non pactũ modo nullum eſſe, ſed & ipſoſmet paciſcentes propter pactum reprobum tanquam indignos ſucceſſione, de qua pacti ſunt, priuari. *l.2.§.1.ff.his quib.vt indign.d.l.Quidam.§.1.ff.donat.* 83.

Ad hæc enim iura, quemadmodum & ad Theodoſii præcitatam legẽ Imperator Iuſtinianus hic reſpexit, dum ſecundum veteres regulas omnimodo huiuſmodi pacta, quæ contra bonos mores inita ſunt, repellit, atq; ita receptiore calculo textum noſtrum ad vnũ omnes pene, paucis exceptis, rectiſſime atq; veriſſime intelligunt.

Hæc ergo ad feuda pertinere, non modo ex omnibus præcedentibus rationibus decidendi comprobatur: ſed

alio etiam, & quidem ad ſpeciem magis directo argumento demonſtrari id ipſum facilime poteſt.

84. Quemadmodum † enim ex iiſdem cauſſis, ius quæſitum ex abuſiua inueſtitura, & promiſſio de infeudando, ſpes item ſuccedendi in feudo, & ius ſimultaneæ inueſtituræ amittitur, ex quibus vaſallus feudo priuatur: vt multis docet *Ludolph. Schrad. in tract. feud. 2. part. 9 part. princip. ſect. 6. q. 12. 13. 14.* Ita eiuſmodi paciſcentes ius, quod habuerant, amittere, hinc conſtat, quod *in c. porro. ad fin.*[a] *Quæ fuit prima cauſ. benefic. amitt.* Iuriſconſultus clare dixerit: quũ natura nouas deproperet edere formas, multis contingere poſſe, vt aliæ emergant cauſſę, quibus videatur iuſte adimi feudum poſſe: Ideoq; iudicem ſolertem & diſcretum, æquitati obſecundare ſolicitum, cuncta ſubtiliter diſpenſantem, prouidere debere, ſi quæ ſit antiquioribus cauſſis ſimilis ſeu maior, vt proinde ſciat, vtrum beneficium ſit amittendum, an nihilominus retinendum.

[a] In c. porro ad fin. duæ diſtinctæ regulæ, ſe-

cundum

cundũ feudiſticos Dd. proponuntur, quæ confundendæ non ſunt. Prior, ex verſic. prædictis, poſterior, ex verſic. ſed quia natura. Prior ita habet, quod vaſallus ex omnibus illis cauſſis feudo priuetur, ex quibus quis iuſte exheredari, donatio legitime perfecta reuocari, & matrimonium legitime contractum diſſolui poteſt. Ita communiter Dd. textum accipiunt. Et quæ neceſſaria ſint ad hoc, vt communis intellectus procedat, docet *Curt. in tract. feud. 4. par. num. 77. Molin. ad conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 135. cum ſeqq. Schrad. de feud. part. 9. cap. 10. num. 24. verſ. Quadrageſimo ſeptimo. Roſenthal. cap. 10. concluſ. 5. Vulteius lib. 1. cap. 11. num. 13.* Hunc tamen communem intellectum reprehendunt, Curt. Molin. Vulteius locis relatis, quæ nihil huc pertinent. Poſterior regula, qua hic nitimur, eſt: vaſallum priuari feudo non tantum ex cauſſis expreſſis in vſibus feudorum, ſed etiam ex cauſſis ſimilibus, aut maioribus, de qua per *Schrad. par. 9. cap. 9. num. 18. Vult. d. cap. 11. num. 14. 15.* cuius requiſita require j. *num.* 88.

Ex quo textu feudiſtæ concordiſſime concludunt, vaſallum priuari feudo non tantum ex cauſſis expreſſis in conſuetudinibus feudalibus, ſed etiã ex cauſſis ſimilibus, aut maioribus, vt late poſt alios deducit *Ludolph. Schrad. in tract. feud. part. 9. cap. 9. num. 18. cum ſeqq.*

Digitized by Google

Atqui nulla certior interpretatio eſt, ea, quam ipſum ius ciuile *in d. l. Quidam § 1. ff. donat. d. l. 2. §. fin. ff. his quib. vt indign. & hic*, & omnes Dd. communiter faciunt: quum indignum ſucceſſione eum habeant, qui, viuente eo, de cuius bonis aut hereditate agitur, pactum eiuſmodi cum alio iniit, quo conditiones legis noſtræ expreſſe aut tacite contineantur.

Recipiunt enim vſus feudorum interpretationem paſſiuam a iure ciuili communi, quod iura feudiſtica extendere poteſt, etiã in pœnalibus, vt probat *d. c. porro.* & eleganter per plura deducit *Ludolph. Schrad. in tract. feud. part* 1. *q. 3 num. 1. cum ſeqq.*

85. Quum † enim Iuriſconſultus *in d. l. Quidam. §. 1.* ita paciſcentes contra bonos mores & ius gentium feſtinare dixerit, grauiter tales delinquere cõſtat, vt poſt Baldum *Alciat.* ſcripſit *hic num. 18* Quare ne quidem iuramento talia pacta firmantur, per prædicta.

Neq; moueri nos oportet, quod *(1)* ex actu nullo pœna priuationis non incurratur. *Cagnol. hic num.* 74. & (2) caſus duorum

duorum illorum textuum, puta, *d.l.2.§. fin.& d.l. Quidam.§.1.* a caſu legis noſtræ diſtincti ſunt: Vt proinde pactum hic nullum equidem ſit, pœna autem priuationis eo trahi nequeat: vt certe extra caſum legis noſtræ, in allodialibus loquentis, extendi non debeat: quum pœna priuationis locum non habeat, niſi in caſu expreſſo *l.2.§.Diuus ff.ſepulcr. violat. Alciat. h nu.22. Cagnol.nu 69 Bologn. num.*72.74 textus quoq; *(3) d.l.2.§.fin.& d.l. Quidam.*§.1. in caſibus maiorē rationem habentibus loquantur, quam ſit in textu noſtro: quum in illis textibus cognati viuentis hereditatem & bona aliis donauerint: quod nulla ratione tolerabile fuit: pactum autem colorata ratione excuſari poſſit, quæ Taurinenſium conſideratio fuit, vt teſtatur *Cagnol.h.num.32.*

Nihil inquam hiſce moueri oportet.

Tum (1) † quod priori & poſteriori rationi ſatis reſponderit *Cagnol.d.l.*11.*h. num.*32.*& num* 74. 86.

Tum (2) quod Imperator Iuſtinianus pactum diſpoſitiuum ſucceſſionis tertii ignorantis, non modo (1) ſecundum veteres

veteres regulas, ſed & (2) omnimodo ſecundum veteres regulas reprobarit, & (3) caſus iuris veteris cum eo, quem ſibi propoſitum habuit, vna decidendi ratione colligatos, ſub vnam iuris veteris regulam ſubiugarit.

Ergo etſi lex noſtra, vna de nouis Iuſtiniani deciſionibus ſit: ille tamen ibi ius nouum non introduxit, vt communiter & rectiſſime Dd. ſentiunt. *Bologn. hic nu.*12. ſed quæ virtualiter iure veteri continebantur, clarius expoſuit, vt poſt Vbertum de Bobio *Alber. de Roſat. paulo ante num.*7. *&* *Bolognet. num.*13. communem declarant: quæ ſententia apertis textus verbis nititur. not. ſupra. num. 30.

87. Minime † ergo pro ſeparatis caſibus habendi ſunt, qui vna decidendi ratione continentur.

Atque ita omnes communiter ſenſere: & clare hoc pacto reſpondent *Cagnol. hic num.*70. quod poſſit fieri extēſio ex rationis idētitate de ſimilib. ad ſimilia, etiam in pœnalibus, & vbi agitur de pœna priuationis, adducit inſignem illum textum feudiſticum *in d. c.* 1 §. *Quæ*

porro

porro. Quæ fuit prima cauſ.benefic.amit. Andreas Alciat.nu.24.Ioan.Bologn.nu.72.74. Imo nulla hic extenſio, ſed comprehẽſio potius fieri dicitur: quũ ratio in lege ſcripta omnes caſus non per aliquã extenſionem, ſed per intenſionem ſub ſe complectatur. *Iacob.Menoch.remed.recuper.5.nu 7.& remed.14.nu.18.19.20.*

Ergo etſi textus noſter de perſonis, & quidem de eiuſmodi perſonis loquatur, quib. ſpes alienæ hereditatis fuerat ex cognatione ad eos deuoluendæ: de liberis autem, parentib. & collegiis nihil fuerit loquutus: interpretes tamen legis huiuſce deciſionẽ, & de collegiis paciſcentibus, & filiis, quibus hereditas aufertur tanquam indignis, quemadmodũ & e contra in parentib. paciſcentibus intelligunt, quos liberorũ hereditate priuari veriſſime, & rectiſſime tradunt, etiamſi de vnica tantum re, pactio inita fuerit. Imo ne minoribus quidem paciſcentibus parcitur ex cõmuni Dd. ſententia: Quæ infra nume. 113. expoſita ſunt.

Vt minime dubitandum ſit, & priuationis pœnam, de qua *in dict. leg. 2. §.*

fin.ff.his quib.vt indign.& d.l. Quidam.§.1. *ff.donat.*ad textum noſtrum, veteris iuris declaratoriũ, & ad omnes omnino caſus, ſub eadem decidendi ratione comprehenſos, & cõſequenter ad noſtrum quoq; thema, receptiori, imo omnium calculo pertinere.

DECISIO.

HAE † ergo rationes ſunt, quæ pro vtraq; (negatiua inquam & affirmatiua) opinione inueſtigare potui. Poſteriorem autem, & affirmatiuã ſententiã [a] cũ diſtinctione probo.

88. [a] Celeberrimorum I C C. reſponſum nuper de ſimili facti ſpecie vidi, in quo affirmans hæc ſentẽtia ſimpliciter defenderetur? Mihi, rectius opinantium cenſura ſemper ſalua, diſtinctio magis probatur.

Aut enim paciſcentes agnati in ea ſunt b conditione, vt paciſcendo crimẽ læſæ Maieſtatis admittant: & conſtat, pactũ nullum eſſe, eoſq;, qui pacti ſunt, ſucceſſione effici indignos: exuitur enim omni ſpe ſucceſſionis regiæ, qui rege viuente & ignorante, pactum fecerit diſpoſitiuum: Vtcunq; ſpem iure ſanguinis & lege atq; conſuetudine radicatam obtinuerit, per prædicta, & il-

luſtrem

luſtrem caſum, de crimine læſæ maieſtatis refert *Carol. Molin. ad conſuet. Pariſ. tit.* 1. §. *8. num. 12. ad fin.*

b Hæc eſt inſignis extenſio ad materiam textus noſtri.

Aut in ſimplici pacto diſpoſitiuo textus noſtri verſamur: & hic aduertẽdum, in nonnullis caſibus, ad textum noſtrum pertinentibus, nullitatẽ actus ab indignitatis pœna iure ſeparari.

Si ergo de nullitate ſolumodo quæras,[c] nihil dubito, pacta ſucceſſionis feudiſticæ diſpoſitiua, ignorante feudi poſſeſſore, ab agnatis compoſita, inutilia eſſe atq; nulla: quod argumentis ex iure canonico, feudiſtico & communi depromtis, conſtat. Et huc proprie Modeſtinus Piſtorius & Hieronymus Schurffius reſpexere: eodemq; nonnulla ex iis, quæ ſupra ad ſecundam rationẽ pro parte affirmatiua allata ſunt, collimant.

c Hoc in articulo quaſi ſucceſſionem ſufficere præcedentia demonſtrant.

Si autem de pœna indignitatis quæras, inter feuda hereditaria & non hereditaria diſtinguendum erit.

In hereditariis namq;, in quibus ex

X

receptiori Dd. ſentētia vltimo morięti, & iure quodã hereditario ſucceditur, rationes pro parte affirmatiua allatæ, & proinde deciſio textus noſtri, atq; iurium concordantiũ, militant: Quare ius feudiſticum a iure communi interpretationẽ recipiet: & ſtrenuus legisperitus, in caſu hoc, qui conſuetudinibus feudorum comprehenſus non eſt, abſq; calumnia lege ſcripta vti poterit. *c.1.ad fin.de feud.cognit. c.porro.*[a] *ad fin. Quæ fuit prima cauſ.benefic.amitt.* Nam ob eaſdem cauſſas, ex quibus quis hereditate exuitur, etiam primogeniti regũ ſucceſſione regnorũ hereditariorum priuantur. *Loffred.conſ.1.nu.92.* Vt tanto minus de feudis ſubiectis ſit dubitandũ.

[a] Vere hic verſamur (1) in caſibus ſimilibus inter eaſdem perſonas, de quibus ius feudiſticũ diſponit: (2) & in materia propter pluralitatẽ caſuum, quibus eadem pœna imponitur, extenſibili, de qua *d.c.porro.agit.* (3) Vbi nequaquam de mera pœna tractatur, reſpectu agnatorum, quibus feudum ex ſimultanea inueſtitura quæſitum, applicatur. Et hoc pacto *d.c porro.* intelligitur. Neque te moueat, quod in feudis, ſpes agnati probabilis ſit, aliter atq; in textu noſtro. Nam & feudiſtici Dd. communiter, illas cauſſas, quibus quis a ſucceſſione rerum hereditariarũ exhe-

exheredatur, cauſſis priuationis feudi accẽſent. vt *ſupra. nu.* 84. Et Obertus in *d. verſic. prædictis.* non modo cauſſas reuocandæ donationis & exheredationis inter ſe, ſed & cum cauſſis priuationis feudi conferre nihil dubitauit. Ergo diuerſitatem hic non facit diuerſa rerũ feudalium & allodialium ſpes, ſi cetera paria ſint.

At in feudis ex pacto & prouidentia, vbi non vltimo morienti, neq; iure hereditario ſucceditur, contrariam ſententiam ea ratione probo, quod duobus illis titulis in ff. & C. *de his quib. vt indign.* ad pœnã indignitatis infligendã, vltra alia, [b] propria ſucceſſio requiratur. Quare ad caſum diſparem, in quo eiuſmodi ſucceſſio non eſt, ex identitate rationis non erit facienda extenſio. Nam text. *d. c. porro. ad fin.* volẽs, quod indiſtincte fienda ſit extenſio, ex identitate vel maioritate rationis, in conſuetudinibus feudorum pœnalibus, nõ plus probat, quam quod tum extenſioni locus ſit in pœnalibus, quando caſus ſunt ſimiles, & ceteris paribus. De quibus eleganter diſſerit *Nicol. Euerhar. in topic. in loco, a ratione legis larga, &c. Mihi col. 19. verſ. ſecundo caſu quando agitur de mera pœna &c.* vbi genuinum intellectum

d.§.porro. poſt *Ioa.de Imol.* pulcre aperuit.

b Ad hoc, vt materiæ illorum titulorum locus ſit, requiritur 1. vt is, qui indignus habetur, ex teſtamento, vel ab inteſtato heres ſit, *tot.tit.ff.* & *C.eod.* 2. Vt indignitas ex culpa indigni proueniat. *Vaſq.de ſucceſſ.reſolut.lib.*2.*§.*20.*num.*9. vbi de materia hac ample diſſerit. *Petr.Greg.in Syntagm.iur.lib.*42.*cap.*14.*num.*1.3. Vt indignus ſit teſtatori, aut illi, cui ſuccedere vult, ſuperſtes: 4. Vt relicta apud ipſum remaneant, aut remanere debeant. *Cuiac.* & *Weſenbec. in paratit.ibidem.* 5. Addit *Weſenbec. num.*3. tum demum indignis a fiſco auferri relicta, ſi in dolo hæreant, quorſum Baldum in *l.alia.num.*8. *C.eod.* admodum incaute adducit, de illius textus materia, non in genere id affirmantē, vt ille facit: in quo cum textib. iuris & ſecum ipſe pugnat: vti ex iis, quæ *num.*2. ibi, aut qui cauſſam mortis culpa vel negligentia præbuit &c. conſtat. Minime ergo dolus in materia horum titulorum vniuerſim, aut etiam regulariter eſt neceſſarius, vti neq; ad feudi priuationem perpetuo exigitur. *Ludolph. Schrad.in tract.feud.*2.*part.*9.*part.principal.ſect.*7.*q.*22.*nu.*1.*cum ſeqq. maxime nu.*15.*cum ſeqq.*

Huic porro ſententiæ & propoſitæ diſtinctioni non obſtant, quæ ſupra pro parte negatiua allata ſunt.

REFVTATIO PRIMAE rationis.

89. ET primo † non obſtat, quod deciſio

textus

textus noſtri tantũ exſpectationi ſimplici, nullum ius in re, vel ad rẽ in præſenti, quod vendicari, peti, diſponi poſſit, attribuente (quam ſpem vanam & improbabilem appellant) a quibuſdã vulgo adhibeatur.

Primo namq; reſpondeo, illi comũni opinioni, quod ſpes ſucceſſionis in textu noſtro vana ſit, aliam comũnem opponi, quæ ſpem ſucceſſionis filiorũ in bonis parentum probabilem perhibet. *Bart. in l. is poteſt. num. 8. Caſtr. num.* 1. & 2. dicens hoc notandum, *Iaſ. num.* 14. qui cum Bartolo alios omnes tranſire, & *num. 26.* Bartoli doctrinam comũniter approbatam dicit, quod & teſtatur *ibi Robert. Marant. nu. 255. ff. de acquir. heredit. Caroli Molin. ad conſuetud. Pariſ. d. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. num.* 4.

Idemq; de ſpe agnatorum cognatorũq; veriſſime & rectiſſime dici poteſt, quod probabilis ſit, non tantum certorum effectuum ratione. *Alciat. hic. num. 6. 11. 12.* ſed & diſpoſitionis reſpectu.

Eſt enim ſpes probabilis ex omnium omnino Dd. ſententia, illa, quæ diſponi poteſt, per prædicta.

At ſpes ſucceſſionis cum filiorum, tum agnatorum diſponi poteſt.

Ergo ex omniũ Dd. ſententia ſpes illa haudquaquã vana, ſed probabilis erit.

Atq; ita cõmunis cõmuni opponitur.

Imo omnia, quæ interpretes de ſpe ſucceſſionis vana diſſerunt, a definitione ſpei probabilis, ab illis propoſita, & ſupra circa primam rationem propoſita, ex fundamentis euertuntur.

Si enim ſpei ſucceſſionis, definitio ſpei probabilis cõpetit, quin & definitũ ei competat, ambigendum non eſt.

Spem autem ſucceſſionis, diſponi poſſe, iuris eſt manifeſtiſſimi.

Tum (1) ex materia pacti adquiſitiui, quod regulariter quidem non tenet. *l. pactum 15. ſupra. de pact. l. pactum. 3. infra collat. l. hereditas 5. infra. pact. conuent. l. ſtipulatio hoc modo. ff. verb. oblig. l. ſi quis in principio ff. legat. 1.* in multis autem caſibus a regula exceptis ſubſiſtit. *Dec. d. l. pactum. num. 11. 12. infra collat. Natta c. Quamuis. part. 2. n. 92. cum ſeqq. de pact. in 6.*

Tum (2) ex materia pacti renuntiatiui, quod ipſum etiam regulariter non tenet. *d. l. pactum. infra collat. l. fin. ff. ſuis & legit.*

legit. hered. l. licet 19. ſupra de pact. l. Qui ſuperſtitis 93 ff. acquir. hered. in quã plurimis tamen caſibus valet, de quibus per Dd. *in d. c. Quamuis. ibi Natt. part* 1. *num.* 1. *cum ſeqq. Dd. hic, ibi Bolognet. num.* 107. *Dd. in d. l. ſtipulatio hoc modo.*

Tum (3) ex materia pacti conſeruatiui, quod ex veriori & receptiori Dd. ſententia valet. *§. fin. ibi Dd. Inſtit. de leg. agn. ſucceſſ. Bart. & Dd. hic, ibi Franciſc. Curt. nu.* 29. *cũ ſeq. late Cagnol. nu.* 80. *& ſeq. Alciat. nu.* 55. 56. *Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. nu.* 7. *cum ſeqq. de feud. dato in vicem leg. commiſſ. Guilhelm. Benedict. in c. Raynutius. verb. duas habens filias. nu.* 218. *cum ſeq. ext. teſtam. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib.* 2. *§.* 18. *num.* 287. *& part.* 3. *lib.* 3. *ad l. ſi quando. § illud. nu.* 30. *infra inoffic. teſtam. Graſſ. lib. recept. ſent. § ſucceſſio ab inteſtato. q.* 15.

Tum (4) ex materia pacti diſpoſitiui, de quo nobis propoſita tractatio eſt. Nam illud non tunc ſolumodo viribus ſubſiſtit, quãdo is, de cuius ſucceſſione agitur, paciſcẽtibus cõſenſum accomodat, & in conſenſu vſq; ad mortẽ perſeuerat, ꝙ ex lege Theodoſii ſupra relata tradit Iuſtinian. hic, vbi hoc annotauit,

*Cyn.num.5.Bart.num.17.Bald.num.*12.*Angel. num.6.Caſtr.num.2.Iaſ.nu 8.10.*11.12. *Franciſ. Curt.num.10.26.Dec.num.4.6. Alciat.nu.40. late Cagnol.num.42. Bolognet.num.26.45.52. Guilh. Bened. d. c. Raynutius. verb. duas habens filias.nu.236.* ſed & in quam plurimis aliis caſibus, quos magno numero antiquiores diſtinguendo, recentiores limitando proponunt. *Bologn. h. num.39. cum ſeqq. Natta d. c. Quamuis. part. 2. num.* 111. *cum ſeq.*

90. Hinc † valet eiuſmodi pactum *in l.3.* §. *de illo. ff. pro ſocio.* vt ſupra circa primam rationem annotatum fuit. num. 61. & infra. num. 116.

Hinc eſt deciſio *d. l.2.* §. *illud. ff. hered. vel act. vend.* iuxta intellectum communem de quo ſupra. nu. 74. & infra. n. 118.

Hinc fluit pactum, de quo in *l. ſi quis ſeruum 24. ff. act. emt.* vt infra num. 117.

Hinc pactum ſubſiſtit, de quo in §. *cum autem impubes. Inſtitut. de adopt.*

Quum ergo infinitis prope in caſibus ſpes ſucceſſionis diſponi, & in pactum valide deduci poſſit: quin ex definitione ſpei probabilis ab omnibus recepta, ſpes probabilis haberi debeat, neminem

nem iure ambigere poſſe confido.

Vt minime audiendi ſint, qui ſpem hanc, contra tot manifeſtos textus, & infinitas adeo, & receptas interpretum doctrinas, vanam, aut fantaſiam potius inanem appellant.

Quin potius tot apertiſſimis, probationibus ſubnixi, ſpem ſucceſſionis, ex cauſſa de præterito, præſenti, aut futuro, tam propinqua, quã remota deſcẽdentem, veram ſpem appellare poſſumus, quæ ex ſe regulariter in contractũ deduci & diſponi poteſt, atq; ita præſtantiſſimus Iuriſconſultus Ioannes Bolognetus *h. num. 4. 5. 21. 22.* regulam ſtatuendam rectiſſime docet, a qua caſus illius textus propter votũ captandę mortis alienæ excipitur.

Secundo † & tertio reſpondeo, periculoſe errare, qui textum legis noſtræ ad ſpem ſucceſſionis vanã reſtringunt: eamq; pro ſubſtantia deciſionis illius exigunt. Grauius autẽ hallucinari eos, qui ſpem illam, quam probabilem appellant, indiſtincte diſponi poſſe contendunt, etiamſi diſponẽtes paciſcendo conditiones illas, de quibus in lege noſtra, complectantur. 91.

Nullam enim ſpē, quantumuis probabilem, imo ne ius quidem certum, poſſeſſore ignorante, ita, vt illi, qui ſucceſſionis ſpē habent, cōditiones textus noſtri paciſcēdo cōplectantur, diſponi poſſe, quodq; huius cōſequens eſt; textus noſtri deciſionem ad ſpem vanam reſtringi nō debere, fundamentis octo & ex iure gentiū, canonico, feudiſtico, & ciuili cōmuni, circa ſecundam rationem ſufficienter, vt ſpero, probatū eſt, quæ otioſe hic repetenda non ſunt.

REFVTATIO SECVNDAE rationis.

92. SECVNDO † non obſtat, quod deciſio textus noſtri exigere videatur, vt illi, qui pactū diſpoſitiuum fecerunt, in caſum ſuperuitæ ſuæ pacti ſint: quū thema, q Dn. Modeſtino & D. Schurffio propoſitū fuit, illudq; etiam quādo agnati diſponunt, vt vno ex illis ante feudi poſſeſſorē moriente, ſuperſtes cū præmortui filiis certo modo ſuccedat, de quo reſponſum venerabilis collegii Ingolſtadienſis nuper vidi, lōge aliā rationē habere videātur: & duo tituli ff. & C. *de his qb. vt indig.* exigāt, vt paciſcēs, illi, de cuius ſucceſſiōe agitur, ſupſtes ſit.

Nam reſpondeo, hæc nihil mouere. Tum (1) quod in textu noſtro neutiquam exigatur, vt omnes paciſcentes, illi, de cuius ſucceſſione pacti ſunt, ſuccedant, aut ſuperſtites ſint.

Nam etſi textus ibi (ſi ad hereditatẽ vocentur hi, qui huiuſmodi pactiones fecerunt) hũc ſenſum habere videatur, in quo multos hallucinatos cõſtat, qui legem illam ad pactum diuiſoriũ male reſtringunt: clariſſime tamen conſtat, præcitata verba ex præcedentibus illis (vel ſi forte ad quoſdam ex his hereditatis cōmodũ perueniat, certas pactiones euenire) eſſe ſupplenda, quod & finalia verba textus ibi, Iubemus etenim neq; donationes &c. liquido probant.

Quinimo ne conditionum quidem illarũ, de quibus Imperator meminit, expreſſio requiritur: quod lex Theodoſii, & *d. l. Quidam. §. 1. ff. donat. d. l. 2. §. fin. ff. his quib. vt indign.* clare oſtendunt, & probat *Cagnol. h. num. 29.* Sed ſatis eſt, expreſſe aut tacite in caſum mortis tertii ignorantis, & ſucceſſionis omnium vel vnius ex paciſcentibus, pactum conceptũ fuiſſe, vt textus noſter aperte ꝓbat.

Tum (2) quod hoc pactum pluribus vitiis & nullitatibus ſubiaceat, magiſq; odioſum ſit, eoq; deciſione leg. enim, fortius, quam ſimplex pactum diſpoſitiuum contineatur: aliis etiam agnatis, quibus ex eiuſmodi pacto præiudiciũ generari poteſt, exſiſtentibus.

Quum enim paciſcentes filios quoq; ſuos pacto complectuntur: conſtat pactum non tantum alienæ ſucceſſionis diſpoſitiuũ, ſed & ordinis ſucceſſionis feudalis deſtructiuum, eoq; duplici nomine reprobatum eſſe, & ea quæ tituli, in ff. & C. *de his quib. vt indign.* exigunt, vltro citroq; concurrere, filiis præmortui patris pactum approbantibus.

REFVTATIO TERTIAE rationis.

93. ITa † nec tertia ratio deciſioni noſtræ obſtat.

Tum *(1)* quod iuxta præmiſſa, tria ſucceſſionũ genera ſint in vniuerſum ius defuncti: aliud patrimoniale ex iudicio defuncti, aliud ex remotione alterius, idq; rurſum vel ex electione, vel ex iure ſanguinis, lege, aut conſuetudine dependens. *P. C. de ſucceſs. prærog. prim. princip.*

Digitized by Google

princip.Franc. in Zampin.fol.14. & omniũ illorum exempla deciſione text. noſtri iuxta propoſitam diſtinctionem comprehendantur, vt ſecunda ratione, & hactenus fuit expoſitum.

Vnde conſtare poteſt, haudquaquam ſucceſſionem propriam perpetuo, ſed iuxta diſtinctionem propoſitã requiri: & quo ad actus nullitatẽ ſucceſſionem ἐν πλάτει, aut q. ſucceſſionem ſufficere.

Ita in beneficiis eccleſiaſticis, hereditaria ſucceſſio non eſt, quibus tamen ratio l. *enim* adhibetur: vt proinde eius deciſione, quo ad fieri omnino poteſt, & ceteris paribus, contineãtur. *Bolognet. h. num. 37.*

Ita in fideicommiſſis heredi non ſucceditur, ſed q. ſucceditur: & tamen pactum diſpoſitiuum ſuper fideicomiſſis deciſione l. *enim* continetur. *Bolognet. h. num. 36.*

Ita etiam ceteris paribus, de feudis iudicandum docet *Bolognet. h. num. 81. ibi ſecunda ratio &c.*

Tum (2) quod feuda, de quibus D. Modeſtinus Piſtorius & Hieronymus Schurffius reſponderunt, vere feuda

hereditaria fuerint, maxime feuda Marchica, de quibus filii & agnati in ſubſidium æs alienum a defuncto conflatũ diſtrahere cogũtur, per prædicta.

Tum (3) quod in themate Schurffiano, & in caſu textus huiuſce, vna & eadem decidendi ratio ſit: Vt proinde & deciſio obtinere debeat.

REFVTATIO QVARTAE rationis.

94. MInus quarta ratio obſtat.

Tum (1) ꝙ illa inueſtituræ ſpecies, quã de caducitate ſucceſſionis Baldus appellat, ex receptiori Dd. ſententia, cui in reſponſis merito innitimur, conſuetudine feudiſtica, eademq; odioſa in vſum recepta ſit: Vt proinde ad alios caſus porrigenda non ſit.

Et quæ præſtantiſſimus Germaniæ noſtræ IC. *Andr. Gail. pract. obſ. lib. 2. obſer. 155. nu. 3. &* 4. pro eorum ſententia comprobanda adfert, qui iure quoq; ciuili, hoc inueſtituræ genus defendi poſſe contendunt, nihil ad rẽ facere conſtat.

Tum (2) quod caſus Schurffianus, agnatorum videlicet, de ſucceſſione tertii ignorantis paciſcentium, nullo textu

textu feudali ſit comprehenſus, & plurimum ab inueſtitura de caducitate ſucceſſionis differat: Quare pro eius deciſione ad iura ciuilia recurrendum erit. Quæ quum prima decidendi ratione expoſita ſint, hic denuo inculcãda non erunt.

QVINTAE RATIONIS confutatio.

SEd nec quinta ratio mouet. 95.

Tum (1) quod minime equidem dubitandum ſit, prædia, in quibus vſufructus conſtitutus eſt, vendi, eaq; ratione, viuente vſufructuario, de vſufructu diſponi poſſe, vt caute *Bolognet.* loquitur *h. nu.* 81. quum exſecutiue ex neceſſitate præcedentis contractus liciti, aut ratione conſequentiæ & vniuerſalitatis multa permittantur, quæ per ſe non admitterentur, vti in materia noſtra ex *d.l. ſi quis ſeruum. ff. act. emt. & d.l.2.§. illud. 1. ff. hered. vel act. vend.* iuxta communes intellectus conſtat.

Sed & illud haud grauatim concedimus, viuente vſufructuario, alii vſumfructum ita concedi poſſe, ſi finiatur.

Multis enim modis finiri is poteſt.

Bologn.h.num.81. quum deciſioni textus noſtri non aliter locus ſit, niſi quis poſt mortem alterius ſperet habere rem: aliud eſt, ſi per alium modum eam obtinere poſſit. Nam tunc lex noſtra ceſſat. *Bolognet.h.num.39.Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.18. num.2.num.247.248.249.250.*

At nos ea de facti ſpecie diſſerimus: Num proprietarius, viuente & ignorante vſufructuario, eum in caſum, quo per mortem vſufructuarii, vſufructus ad ſe peruenerit, alii vſumfructū concedere poſſit? Pro qua comprobanda Baldus ille noſter, qui nihil in iure ignorauit, nullum hucuſq; textū produxit, ſed hoc ſolummodo, admodum, vt apparet, caute, *in d. c. ſi quis inueſtierit.* annotauit, nulla lege eiuſmodi vſufructus conſtitutionem eſſe prohibitam.

Verum proprietarium vſufructuario morienti in vſufructu quaſi ſuccedere, & quod huius conſequens eſt, pactum eiuſmodi, cōditiones præcitatæ l. *enim* continere, eoq; illius deciſione, quo ad actus nullitatem, comprehendi, probabiliter quis contenderit.

Bona enim alteri per mortem acqui-

renda

renda in pactum deduci non poſſunt: *Ioann.Bolognet.h.num.35.36.* quum, vt iam meminimus, ne de re noſtra quidem, aut nobis debita, ita paciſci liceat, vt ſucceſſuri, conditiones textus noſtri paciſcendo expreſſe aut virtualiter complectamur, per prædicta.

Vnde † genuinus *l. in tempus ff. hered. inſtit.* ſenſus elucet, cuius argumento nonnullis viſum eſt, inueſtiturã de caducitate ſucceſſionis, & ſimiles pactiones, de ſpe qualibet probabili, cum voto captandæ mortis alienæ cõiunctas, etiã iure cōmuni ciuili defendi poſſe. 96.

Falluntur enim illi: quum *d. l. in tempus,* haudquaquam obtineat, quando partes paciſcendo in diſpoſitionẽ textus noſtri incurrunt: & eius cõditiones ſua pactione comprehendunt. *Dd. h. ibi Iaſ. num. 8. Dec. nu. 7. in 5. notab. Cagnol. nu. 5. Bolognet. num. 16 & 61. Gemin. c. ne captandæ. num. 4. de conceſſ. præb. in 6.*

Vt non admodum tuta ſit Bologneti de ſpe certa & debiti diſtinctio hic *nu. 81.* iis quæ antea *num. 35. & 36.* tradiderat, manifeſte repugnans.

Tum (2) † quod doctrina Baldi de vſu- 97.

Digitized by Google

fructus conſtitutione admiſſa, nihil cauſſæ noſtræ nocitura ſit.

Demus ſane, & vltro quidem, viuente & ignorante vſufructuario, vſumfructū alteri ſub conditione mortis vſufructuarii conſtitui a proprietario iure poſſe.

Largiamur & cetera, quæ poſt Vbertum Albericus & alii circa hanc rationem dubitandi adferunt. Nemo tamen inde ad noſtram materiam recte concluſerit: ſi proprietario id de vſufructu liceat, licere & agnatis, ignorante feudi poſſeſſore ſub conditionibus textus noſtri paciſci, maxime ſi feudum hereditarium ſit, in quo paciſcentes iure hereditario ſuccedere neceſſe habeant. Hoc enim eſſet non a diuerſis modo, ſed & contra iuris textus apertos argumentari.

Atq; hinc videmus eos, qui Baldi ſententiam de vſufructus cōſtitutione probant, & pactionem eiuſmodi deciſioni textus noſtri eximunt, agnatorū pacta nihilominus ſub regulam prohibitiuā textus illius ſubiugare. *Bolognet. h. nu. 35. 51. 81. Hieronym. Schurf. conſ. 8. n. 6. 7.*

Tum

Tum 3. † quod præcitata iura, puta, *d.l.qui fructus. & l. fundi. ff. vſufr. legat. l. vt heredibus. ff. legat. 2.* male a Dd. promiſſioni de caducitate ſucceſſionis adhibeantur, ad noſtram autem diſputationem de pacto agnatorum diſpoſitiuo quod attinet, plane de remotis ſint. 98.

Nam *in d.l. Qui fructus.* de legato fructuum diſſeritur, quod vxori ita factũ eſt, vt poſt mortem eius prædia cum reditibus ad heredes redeant.

In *l. fundi.* Scæuola de reditu fundi Trebatiani vxori quoad viueret legato, diſputat.

In *l. vt heredibus*, traditur, quemadmodũ heredibus, ita & legatariis atq; donatariis cauſſa mortis ſubſtitui poſſe. Vnde conſtat eiuſmodi legatorum, ſubſtitutionum & vltimarum voluntatum ordinationes, conſenſu honoratarum perſonarum ſuſtineri: quũ inueſtitura de caducitate ſucceſſionis, & pacta diſpoſitiua ignorãte eo, de cuius aut feudo aut ſucceſſione agitur, fiant.

Tum (4) quod *d.l. Quodcunq;. §. 1. & 2. ff. verb. oblig. & §. poſt mortẽ. Inſtit. de inutil. ſtip.* minus huc faciant. Ex conſenſu 99.

namq; contrahentium illas ſtipulationes valere Iuſtinianus *in d.§.poſt mortem.* tradidit: quũ pacta diſpoſitiua, vt iam meminimus, eo, de cuius bonis agitur, ignorante, inter tertios fiant. Vt non immerito *Bolognet.h.nu.*24.*25.67.*ſcripſerit, iura hæc de terminis legis noſtræ non eſſe.

Tum,(5) quod rem de præſenti, pleno iure meam, in caſum quidẽ mortis tertii diſponere, puta, filio poſt mortẽ patris, ſeruo poſt mortem domini, legare poſſim. *l.ſi poſt mortem.in princip.ff. legat.*1. At tertio quodam ignorante ſub conditionibus legis noſtræ vel expreſſis, vel ſubintellectis (ſi videlicet is moriatur, & tu vel ego illi ſucceſſerimus) pactũ diſpoſitiuum, obligatiuum &c. componere non potero: quod noſtrũ thema eſt.

CONFVTATIO SEXTAE rationis.

100. MInus ſexta ratio facit.

Tum (1) quod perſona ſimultanee inueſtita a domino & feudi poſſeſſore approbetur non ſimpliciter, vt quiduis ille pro arbitrio, inſcio & ignorante

rante domino, aut feudi poſſeſſore, moliatur:ſed limitate,id eſt,iuxta conceſſionis & ſimultaneæ inueſtituræ tenorem,& ſecundum regulas iuris feudiſtici. At tenor inueſtituræ, & iura feudiſtica eiuſmodi odioſa pacta, cum iure gentium & bonis moribus pugnãtia,nuſquam agnatis permittunt.

Tum (2) quod ad validitatem pacti diſpoſitiui perſonæ approbatio nihil quicquam faciat. Si enim voluntatem meam aut permiſſiuam,quo ad ſucceſſionem ab inteſtato, aut diſpoſitiuam, quo ad ſucceſſionem teſtamentariam habueris,ita vt perſonam tuam probarim: tu autem cum alio,me ignorante, pactum de mea ſucceſſione diſpoſitiuũ feceris, hereditate mea vt indignus priuaberis,& fiſco locũ facies, vtcunq; te voluntate permiſſiua aut diſpoſitiua probarim: quod clariſſime textus noſter,& omnes ibi Dd.probant.

Ita ſi te filio meo pupillariter ſubſtituero,non licebit tibi pactum diſpoſitiuum facere, vtcunq; perſona tua approbata ſit. Quod ſi feceris, vt indignus ſucceſſione excides. *Ioan.Bologn.h.*

num.35 l.2,§.interdum ff.vulg.& pupill. niſi pacto terminis *d.l.2.§.illud.ff.hered.& act.vend.* conueniat.

Ita ſi dominus feudi tibi gratiam exſpectatiuam fecerit, & perſonam tuam probarit, tibi, ignorãte feudi poſſeſſore, in caſum mortis & ſucceſſionis eius paciſci non licet. *Ioann.Bolognet.h.nu.35.*

101. Tum (3) † quod pactum diſpoſitiuum ita demum viribus ſubſiſtat, ſi is, de cuius corio agitur, eius notitiam habuerit, idq; comprobarit, & in conſenſu, approbatione vſq; ad extremum vitæ halitum perſtiterit, vt textus hic, & Dd. ibi loquuntur.

Verum in caſu qui Schurffio propoſitus fuit, nullus tertii cõſenſus paciſcẽtibus adhibitus fuit: & de quo num.42. vt proinde, nihil aliud dicendum reſtet, quam quod deciſione & pœna textus noſtri, atq; iurium concordantium illud contineatur.

Quæ de probitate & integritate Germanorũ, cum maxima noſtræ nationis laude, *Bologn.* ſcripſit, nihil ad rẽ faciũt.

Vt enim in patria noſtra deciſio textus noſtri hucuſq; abrogata non eſt: Ita ſi Ger-

ſi Germaniæ virtutis decus noſtri ſtrenue tueri, & ad poſteritatem propagare voluerint: ab eiuſmodi odioſis & iure reprobatis pactionibus abſtinere debent. &c.

SEPTIMAE RATIONIS confutatio.

QVod † autem Ramatus textum noſtrum tantũ de ſpe ſuccedendi ex teſtamento accipiendum: de ſpe autẽ ab inteſtato indiſtincte pacta fieri poſſe cenſet, admitti non poteſt. 102.

Tum (1) quod interpretes quidem nonnulli textum noſtrum etiam ad ſpẽ ſuccedendi ex teſtamento accommodauerint, vt *Odofred. ante num. & nu. 1, Bart. num. 18. Curt. num. 13. Iaſ. nu. 2. Alciat. num. 14. 30. Bologn. num. 15.*

At nullus illorũ negauit, de ſpe ſuccedendi ab inteſtato textũ accipi poſſe.

Imo magis cōmuniter Dd. textum de eiuſmodi ſpe intelligunt. Qui ſenſus profecto commodior eſt.

Nam pactum diſpoſitiuum ita demũ valet, ſi is, de cuius ſucceſſione agitur, illi conſenſum adhibuerit, & in conſenſu vſq; ad mortem perſeuerauerit.

Ergo ſi is teſtetur, pactum concidit: quum & tacita reuocatio ſufficiat, quãdo is, qui conſenſum paciſcentibus accom̃odauit, contra pacti formã diſponit etiam inter viuos. *Cagnol.h.n.59.60*

Ita vt pactum cum teſtamento ſtare nequeat: quodq; huius conſequens eſt, textus noſter de ſpe ſucceſſionis ex teſtamento commode accipi non poſſit: niſi teſtator per omnia pacto conuenienter diſponat: quo caſu pactum modicæ vtilitatis foret.

Tum (2) quod Ramato textus noſter in deciſione & ratione decidendi, atq; in verbis finalibus, refragetur, ibi enim Imperator, reprobatis pactis & contractibus omnibus, quibus conditiones illius legis expreſſe vel virtualiter inſunt, diſertiſſimis verbis addidit, in rebus alienis contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci non poſſe.

Tum (3) quod multo euidentius repugnet d. lex Theodoſii cum iuribus concordantib. puta *d.l.2.§.fin.ff.his quib. vt indign.d.l. Quidam §.1.ff. donat.*

Tum (4) quod omnium clariſſime & fortiſſime repugnet *d.l.1.§.ſi impuberi.ff. collat.*

collat.bon. Nam ſi vllo modo pacta ſucceſſoria, eo, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante, iure probarentur, profecto viuis parentibus, de legitima liberorũ, & maxime de quarta, ex legis beneficio arrogato in bonis arrogatoris debita, diſponi poſſet : quod *d.* §. *ſi impuberi.* negat, ſpem illam præmaturã appellans.

Tum (5) quod omnes veteres & recentes iuris ciuilis & pontificii Doctores, quotquot vnquã videre potui, vna & voce atq; mente concordiſſime cõtrariam ſententiã ex iure noſtro recte & conſtanter ſtatuant: quod pacta diſpoſitiua, eo, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante, a proximioribus ab inteſtato ſucceſſuris inita, prohibitione textus noſtri & iurium cõcordantium contineantur.

Neq; ſatis probabilem cauſſam Ramatus habuit, cur ab apertiſſimis iuribus, & vniuerſali omnium interpretũ conſenſione, atq; recepta orbis practica recederet. Nam quod ad ſperantes ſucceſſionem ab inteſtato, ea ratione textum illum accommodari non poſſe

exiſtimat: quũ illi aut in æquali gradu ſint, quo caſu pactum inutile ſit: & paciſcentes æqualiter ſucceſſionem ſine pacto obtinere poſſint: aut in gradibus inæqualibus verſentur, vbi proximiore loco conſtitutus, ex pacto damnum ſubiturus, & proinde pacturus non ſit, &c. haud magni momenti argumentum eſt.

Conſtat enim, Ramatum textũ noſtrum perperã ad pactum diſpoſitiuũ diuiſorium reſtrinxiſſe: in quo & alios hallucinatos video: quum verba illa, vel ſi forte ad quoſdam &c. & illa, iubemus etenim &c. reſtrictionem eiuſmodi minime patiantur.

Deinde in eo quoq; lapſus eſt, quod pacti diſpoſitiui diuiſorii inter eos, qui æquali gradu a defuncto diſtant, nullã vtilitatem eſſe opinatur. Nam etſi pactio inſipida ſit, quemadmodũ *Cagnol. h.nu.71.* loquitur, ſi æqualiter de iure ab inteſtato ſucceſſuri, de hereditate æqualiter diuidenda paciſcantur: Tamẽ haudquaquam inutile pactum eſt, vt æqualis diuiſio certo modo aut ratione fiat, vt videlicet vnus prædia, quæ Romæ,

mæ,alter illa,quæ alibi ſunt,habeat, *Io. Bolognet.h,num.73*. Vt omittam,certis de cauſſis æqualiter defuncto cõiunctos, de hereditate cognati inæqualiter diuidenda paciſci poſſe.

OCTAVAE RATIONIS confutatio.

ARgumentum † autem a fideicommiſſo ad feudũ leuius eſt, quam vt refutatione egeat. 103.

Tum(1)quod optimo iure in aduerſarium retorqueri poſſit.

Fideicommiſſarius namq; & heres inter ſe recte paciſcũtur,ea ratione decidendi,de qua per Alciatum h.*num.14*

At,quando fideicommiſſarius, ignorante herede grauato, cum aliis paciſcitur,ea ceſſat.

Et quũ hoc illi non liceat,vt,ꝓhibẽte iure,bona aliena alteri per mortẽ adqrenda,ſub conditione mortis & ſucceſſionis, eo, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante,in pactũ deducat,quę ſentẽtia nõ modo *d.l.2 §.interdũ.ff.vulg.& pupi.* ſed pluribus aliis textibus atq; auctoritatibus ſupra ad ſecũdã decidẽdi rationẽ cõprobata,eoq; veriſſima eſt. *Bolog.h.*

exiſtimat: quũ illi aut in æquali gradu ſint, quo caſu pactum inutile ſit: & paciſcentes æqualiter ſucceſſionem ſine pacto obtinere poſſint: aut in gradibus inæqualibus verſentur, vbi proximiore loco conſtitutus, ex pacto damnum ſubiturus, & proinde pacturus non ſit, &c. haud magni momenti argumentum eſt.

Conſtat enim, Ramatum textũ noſtrum perperã ad pactum diſpoſitiuũ diuiſorium reſtrinxiſſe: in quo & alios hallucinatos video: quum verba illa, vel ſi forte ad quoſdam &c. & illa, iubemus etenim &c. reſtrictionem eiuſmodi minime patiantur.

Deinde in eo quoq; lapſus eſt, quod pacti diſpoſitiui diuiſorii inter eos, qui æquali gradu a defuncto diſtant, nullã vtilitatem eſſe opinatur. Nam etſi pactio inſipida ſit, quemadmodũ *Cagnol. h.nu.71.* loquitur, ſi æqualiter de iure ab inteſtato ſucceſſuri, de hereditate æqualiter diuidenda paciſcantur: Tamẽ haudquaquam inutile pactum eſt, vt æqualis diuiſio certo modo aut ratione fiat, vt videlicet vnus prædia, quæ Ro-

mæ,alter illa,quæ alibi ſunt,habeat, *Io. Bolognet.h,num.73*. Vt omittam,certis de cauſſis æqualiter defuncto cõiunctos, de hereditate cognati inæqualiter diuidenda paciſci poſſe.

OCTAVAE RATIONIS confutatio.

ARgumentum † autem a fideicommiſſo ad feudũ leuius eſt, quam vt refutatione egeat. 103.

Tum(1)quod optimo iure in aduerſarium retorqueri poſſit.

Fideicommiſſarius namq; & heres inter ſe recte paciſcũtur,ea ratione decidendi,de qua per Alciatum h.*num.14*

At,quando fideicommiſſarius, ignorante herede grauato, cum aliis paciſcitur,ea ceſſat.

Et quũ hoc illi non liceat,vt,ꝓhibẽte iure,bona aliena alteri per mortẽ adqrenda,ſub conditione mortis & ſucceſſionis, eo, de cuius ſucceſſione agitur, ignorante,in pactũ deducat,quę ſentẽtia nõ modo *d.l.2 §.interdũ.ff.vulg.& pupi.* ſed pluribus aliis textibus atq; auctoritatibus ſupra ad ſecũdã decidẽdi rationẽ cõprobata,eoq;veriſſima eſt.*Bolog.h.*

num 25. ſequitur, vt ne agnati quidem, ignorante poſſeſſore feudi, pactum diſpoſitiuũ inter ſe facere poſſint, maxime quãdo feudũ, vt in caſu Schurffii & de quo ſupra. nu. 42. hereditarium eſt.

Tum (2) quod in fideicommiſſis non quidẽ heredi ſuccedatur: nihilo tamen ſecius fideicomiſſarius in necem heredis ignorantis cũ alio paciſci nequeat: quum ad deciſionẽ textus noſtri non ſucceſſionẽ modo, ſed & quaſi ſucceſſionem ſufficere, circa refutationem tertiæ rationis dubitandi, iam demonſtratum ſit.

NONAE RATIONIS
refutatio.

104. ITa † neq; ea, quæ nono loco allata ſunt, deciſioni & diſtinctioni noſtræ officiunt. Nam etſi aliis quoq; rationibus illa fulciri poſſunt, puta, 1. quod feudum agnatis non iure ſanguinis, ſed iure hereditario obueniat: 2. & in eo non tam vltimo defuncto, quã primo acquirenti ſuccedant: 3. atq; adeo pactum illud non tam de hereditate, quã de bonis, aut quota bonorum: 4. & non tam de hereditate aut bonis viuentis,

quam

quam de hereditate aut bonis primo acquirentis, iã defuncti fieri videatur: quod ne iure quidem ciuili improbatũ ſit, prout pluribus confirmat *Burſat. cõſ. 136. lib. 2. & Cagnol. h. num. 136. &c.*

Nihil tamen ad rẽ pertinere cõſtat.

Tum *(1)* quod prima, ſecunda, quarta in feudo ex pacto loquuntur, in feudo autem hereditario, iuxta receptiorem ſententiam nõ procedant. Quam ſententiam quum luculentiſſime a Dn. Hartmanno Piſt. *q. feud.* 1. 2. 3. & 14. expoſita ſint, vlteriori interpretum allegatione comprobare nolo.

Tum *(2)* quod tertia ratio ad pacti adquiſitiui materiam pertineat, de qua etiam *Burſat. in d. conſ. 136* reſpondit, (etſi interdum de pacto diſpoſitiuo quædã immiſcuerit) ad thema autem noſtrũ, & pacti adquiſitiui materiam accomodari non poſſit.

Nam etiam de certis bonis, aut quota bonorum pactum diſpoſitiuum reprobatur, vt ſummo conſenſu tradunt Dd. *hic.* vt ſupra ampl. 12. annotatum eſt.

Neq; id immerito, quũ ſententia hæc tribus apertiſſimis textibus nitatur.

Ita enim reſpõdit Marcellus in ſæpe *d. l.2. ad fin. ff. his quib. vt indign.* ſi quis inquiens, viui ignorantis bona, vel partem bonorum alicuius cognati donauerit, quaſi indigno aufertur (id eſt, hereditas.)

Idem per omnia diſertiſſime tradidit Papinianus *d l. Quidam.* §. *fin ibi* partis bonorum. ff. *donat.* & Iuſtinianus h. vt pulcre poſt alios oſtendit Modeſtinus Piſtorius *d.conſ. 8.num 20.*

105. Tum (3) † quod tradita per Cagnolam h. *num. 136.* nihil huc faciant. Nititur ille auctoritate Aretini *in conſ. pen.* vbi plus non dicit, quã quod agnati ſpẽ probabilem habeant, ſuccedendi virtute inueſtituræ, ideoq; legitimationẽ de ſpurio factã, in dubio illis nõ præiudicare.

Et ſi exceperis, ſpem probabilẽ diſponi poſſe: idq; Cagnolum ibi ſentire, reſpondebo ego, veriſſimum eſſe, quod omnis ſpes regulariter diſponatur, per ea, quæ circa refutationem primæ rationis dubitandi ſufficienter deducta ſunt: Verum neq; ſpem vtcunq; probabilem, neq; rem ita diſponi poſſe, vt ſucceſſurus paciſcendo conditiones

textus

textus noſtri complectaris, quod ſatis ſuperq; demonſtratum eſt.

Et vt maxime pactum diſpoſitiuum in feudis ab agnatis, viuo & ignorante feudi poſſeſſore, fieri poſſet, (quod profecto iure defendi nequit) hæc tamen ſententia ad feudum hereditarium, quod citra omnem controuerſiam deciſione textus noſtri comprehenditur, non pertineret.

Quæ quum perſpicua & euidentia eſſe conſtet, latius non perſequar.

CONFVTATIO VLTIMAE rationis.

AD vltimam † dubitandi rationem, quæ cũ quarta coincidit, per diſtinctionẽ reſpondeo, feuda diſpoſitioni textus noſtri ſubeſſe, & non ſubeſſe. Non continentur textu noſtro feuda, quo ad materiam *c.1. Qui ſucceſſ. feud. dar. ten. & iurium concordantiũ.* atq; hoc pacto omnes textus & Dd. quarta & vltima dubitandi ratione relati, (Cagnola, de cuius ſententia ſatis ſupra dictum eſt, excepto) loquuntur. 106.

Subſunt autẽ feuda huius legis deciſioni, quando aut illi, q gratiã exſpecta-

tiuam obtinuere, aut agnati, feudi poſſore ignorante, pactum faciunt diſpoſitiuum, quo conditiones textus noſtri comprehenduntur, quemadmodum Ioannes Bolognetus, Modeſtinus Piſtorius, Hieronymus Schurffius, circa primã decidendi rationẽ, loquuntur, vbi & ratio decidendi textus noſtri cũ requiſitis ad deciſionem neceſſariis concurrunt.

Nulla enim ſpes quantumuis probabilis, imo ne res quidem ita diſponi poteſt. Ergo neq; agnatos, feudi ſucceſſionem ſperantes, tale aliquid impune facere poſſe liquet. Quod in feudo hereditario, certiſſimum & plane indubitatum eſſe arbitror.

Quæ in feudis hereditariis & maxime talibus, de quibus nomina vaſalli diſſoluenda ſunt, expeditiſſima eſſe arbitror: vbi deciſioni textus noſtri, & iurium concordantiũ non minus ſtandum, atque Loffred. ſupra. num. 88. relatus, in effectu ad regna hereditaria, & *Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. d. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. num. 6.* eam ad ius primogenituræ accommodauit.

QVAESTIO SECVNDA.

QVum † ergo hucuſq; demonſtratũ ſit, deciſionem textus noſtri & iurium concordantium, ad ſpem ſucceſſionis quoq; feudalis pertinere: nunc quoq; explicandum foret, ad quẽ feudum iuxta præmiſſam diſtinctionem commiſſum ſpectet. De qua infra fallentia 19. pauca & ea tantũ, quæ huius loci propria ſunt, dicam. 107.

LIMITATIONES.

REgula textus noſtri eſt: quod pacta diſpoſitiua non valeant: Caſus autem a regula hac exceptos, veteres diſtinguendo, recentiores per limitationes & fallentias proponunt. 108.

Bald. *in c. ſi quis inueſtierit. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. num.* 1. diſtinctionem habet, quam ad verbũ referre volo. Quum quæritur (inquit) vtrum pactũ de futura ſucceſſione valeat: Dic, aut ſit pactum ſuper hereditate viuentis, aut ſuper hereditate iam defuncti.

Primo caſu diſtingue: quia aut tractatur de ſucceſſione incerti hominis, & valet, Aut certi, & tunc aut liberti, & valet ratione iuris patronatus. *l. ſi quis ſeruum. ff. act. emt.* Aut ingenui, & tunc aut ſit cũ ipſo, de cuius ſucceſſione tractatur, ad impediendam liberã teſtamenti factionem, & non valet. *l. cum duobus. alias incipit, ſi fratres. § idem reſpondit.* [a] *ff. pro ſoc.*

[a] *Pariſ. conſ 26. nu. 110 lib. 2. Port conſ. 81. n. 1[...] Modeſtin. Piſtor. cõſ. 1, nu. 6. lib. 2.*

Aut ad indicium futuræ ſucceſſionis. & tunc valet: & transfertur ad verū heredem. *l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.*[b]

Item, donatio valet cauſſa mortis, & omnium bonorum & hereditatis futuræ. *l. licet. C. de pact. & notatur eod. tit. l. fin.*

Si vero ſit pactum non cum eo, de cuius ſucceſſione agitur, ſed cum quodā tertio, valet, illo conſentiente, de cuius hereditate agitur, & in conſenſu perſeuerante: alias enim paciſcens reputatur indignus: ſicut ille, qui ſcienter gerit ſe pro herede hominis viuentis. *l. donationes in concubinam. §. fin. ff. Donat. l. fin C. de pact.*

Secundo vero caſu principali, quando tractatur de futura ſucceſſione mortui & nō viuentis, bene valet pactū. *l. 1 C. de pact. l. cū donationes trāſact. l. cū Archimedorā. C. vt in poſſeſſ legat. hæc ille.*

Matth. de Affl. *ibidem. num.* 57. quum in materiam textus noſtri, hoc eſt, pacti diſpoſitiui incidiſſet, dicit Baldum multū perfecte & notanter diſtinxiſſe. Quare omnia eius verba, quæ adduxi, abſq; vlla immutatione ſollicite refert: & deinde *num.* 59. addit. Hæc ſunt verba Baldi hic, quæ ideo de verbo ad verbum retuli, quia iudicio meo perfecte loquitur circa iſtam cōcluſionem: (id eſt, de pacto diſpoſitiuo) & Dd. *in l. fin.* iſta non referunt &c.

Etſi autem Baldus noſter, maximo ſuo merito, apud omnes in ſumā veneratione habetur: errauit tamen Afflict. qui illius diſtinctionem tot verbis fruſtra extollit.

Minime enim Baldi doctrina perfecta, ſed confuſa atq; mutila eſt: quū & pacti acquiſitiui

[b] *Hunc elegantē textū Alphanus & Delrio in remiſſionibus ſuis illuſtrarunt. In meis regeſtis reperio Alc. de verb. ſignif. lib. 3. n. 6. Nattam. l. 3. §. ex imperfecto. nu. 209 C. de teſtam. Fab. Acorom in repet l. heredes mei §. cum ita. nu. 39. ff. Ad SC. Trebell. Vincent. de Franch. deciſ. 91. nu. 23. 24. deciſ. 113 nu. 5. Iacob. Menoch. de præſumt. lib. 1. præſumt. 89. num. 84. Carol. Ruin conſ. 131, n. 12 lib. 3. Pariſ. cōſ. 26. n. 57, lib. 3. Grat. conſ. 132. nu. 21. lib. 1.*

Digitized by Google

mēbrā quędā diſtinctioni ſuæ infarſerit:& pacti adquiſitiui membra omnia haudquaquā fuerit cōplexus. Melius & perfectius *Cyn.h.n.5. Alb.de Roſat.num.7. Bart.nu.17.& in repet. Angel.nu.6. Salycet. num.10.* rectius idem *Bald.* ad textum noſtrum *num.22.* ſpecies pactorum inter ſe, & deinde membra pacti diſpoſitiui ſigillatim diſtinxere: quam diſtinctionem originaliter quidem a Richardo propoſitam *Salyc. h.num.10.* ſcripſit, etſi ab aliis plenius fuit expolita.

Sic autem illa diſtinctio habet: Aut pactū fit 108.
de hereditate mortui, quem paciſcentes mortuum eſſe ſciunt: & tenet, etſi hereditas nondū competat, ſed ſit competitura. *l.1.& l.cum proponas.C.hoc eod.tit. Alberic.de Roſat.h num 67.* cuius hoc peculiare membrum eſt.[c] Aut fit de hereditate viuentis, & vel incerti, & valet. Ita intelligunt *l.3.§.de illo.ff.pro ſoc.* Aut certi, & tum aut fit ex neceſſitate præcedentis tractatus liciti, atq; in exſequutionem eius, & valet, hic eſt receptus intellectus *l.ſi quis ſeruum 24.ff.act.emt.*[d] Aut pactū non fit ex neceſſitate cōtractus præcedentis, ſed venit per aliam quandam conſequentiam, ſub vniuerſitate ſcilicet contractus liciti. Ita communiter intelligitur *l.2.§.illud.1. ff.heredit.vel act.vend.* Aut pactū non venit per aliquam conſequentiam: & tum aut eſt pactum liberatorium creditorum, cum filio debitoris paciſcentium, & valet, hic eſt communis intellectus *l.& ſuum 8.§.idem probat. ff. de pact.* Aut non eſt pactum: quod talem liberationem, ſed obligationem, aliamue diſpoſitionem, circa res

[c] *Hic alii addi poſſunt pro complemento diſtinctionis Richardi, de quibus ſupra ampliatione 5. mētio habita eſt.*

[d] *Addunt Dd. l ſi conſtante 25. §. ſi iur. l ſi vero 65, ff. ſolu. matrim.*

hereditarias tertii continet: & tunc locũ habet deciſio legis noſtræ, vt diſtinguamus vtrũ ignorante eo, de cuius bonis agitur, an ſciente fiat: & ſi ſciente, vtrum conſentiat, & in conſenſu perſeueret, an non. Hæc ergo eſt Richardi diuiſio, paucis illuſtrata, vnde exceptiones ad regulam textus colligi poſſunt. Sed quia plures aliæ ſunt, & de quibuſdã haud modica inter Dd. concertatio eſt, omnes, quæ mihi ex ſcriptis interpretũ innotuerunt, ex ordine recenſebo. Adduxere autem exceptiones ad textũ noſtrũ omnes interpretes hic, qui diſtinctionẽ Richardi tractãt: & comprimis *Iaſ.n.7.Franc.Curt.nu.26.Bologn. nu.38.cum ſeqq. Bald.in d.c.ſi quis inueſtierit. ibi Affl.nu.54.cum ſeqq.de feud.dat.in vic.leg.cõmiß. Natta in c.Quamuis.part.2.num.*111.*de pact.in 6. Vaſq.de ſucceß.creat.lib.2.§.18.nu.246.cũ ſeqq. Socin.reg.344.pactum de hereditate.Diaz.reg.524 pactum de hereditate. Franciſc.Viui. lib.1.recept. ſent.verb.pactum.* qui pacti diſpoſitiui & acquiſitiui materiam inter ſe cum multis aliis confundit. Primo autẽ de illis limitationibus diſpiciemus, quæ apud Iaſonem exſtant.

109. Fallit † ergo textus noſter in caſu *l.& ſuum.8.§.idem probat.*[a] *ibi pulcre Caſtr.n.2.3 ff.eod.* ſi filius viuo patre cũ creditoribus paternis pactus eſt. *Dd.h.ibi Cyn.nu.5.in 6. oppoſit.Bald.Iaſ.n.7.fallen.*1. *Bolognet.nu.70. Dd in l.filius ibi Iaſ.nu 5.Alc. nu.16.17.ſupra eod.Natta in c.Quamuis.part.2.nu.*111. *verſ. Quarto fallit.de pact.in 6.Barthol.Socin.d. reg.*

reg.pactum.fall.4.Diaz.d.reg.pactum.fallen.4.Vaſq.de ſucceſs.creat.lib.2 §.*18. num. 246. Modeſtin.Piſtor.conſ.63.num.25.lib.1.*

[a] Caſtrenſis in *l,iuriſgentium.*§.*ſi ante aditam. num.2.ff.eod.* textũ *d.*§*.idem probat.* ſingulariter notandum monet, quod filius ſperans hereditatem patris, illo adhuc viuente, a creditoribus paternis liberari poſſit: & talis liberatio poſt mortẽ patris valeat, quantũ ad doli exceptionẽ, licet videatur fuiſſe ſollicitus de hereditate viuẽtis. Addit, hoc nõ nocere quo ad actum liberatorium: ſed quantũ ad obligatorium, ſi ipſe donaret hereditatem paternam, vel partẽ eius, vel aliquid occaſione ſperatæ hereditatis, eſſet illicita conuentio: & tanquã indignus priuaretur, niſi hoc feciſſet cum voluntate patris. Et poſtea *num.3*. plenius de effectu pacti, quo creditores filium in vita patris liberant, diſſerit.

Porro vt doctriua *d.*§*.idem probat.* magis elucеſcat, ad duo aduertendum. 1. Quæ ſit ratio decidendi ad textum illum. 2, Quid ſtatuendum de pacto, quo non filius a creditoribus paternis liberatur, ſed ille debitores paternos liberat, aut ſe obligat.

Ad primum caput quod attinet, Dd. mirifice variant. Sunt enim, qui deciſionem textus iure comuni, Sunt qui iure ſingulari niti eam exiſtimant: qui deinde in diuerſas ſectas diſtrahũtur. *Prima opinio.*

Nam aliqui opinantur: quum id quod pater debet, non proprie ſuum, ſed æs alienum ſit: *l. cedere.*§*.æs alienum.ff.de verb.ſignif.* & actiones quæ contra patrem competunt, non habeantur

in bonis paternis: pactum proinde, de quo *in d. §. idem probat.* non ſuper futura ſucceſſione aut hereditate patris viuentis: ſed de iuribus & actionibus alienis eſſe.[a] *Raph. Fulgoſ. h. ibi Caſtr. n. 3. Lud. Roma. n. 9. Cagnol. n. 30. Andr. Alc. in l. filius paciſcendo. n. 16. 17. ſupra eod. tit. Iaſ. poſt Baldum in l. iuriſgentium. §. ſi ante. nu. 2. ff. eod.*

[a] *In §. idem probat. Creditores nō de hereditate paterna, ſed de iure ſuo pacti ſunt, illudq́ filio ſucceſſuro remiſerunt. Cagnol. h. relatus.*

Contra hanc rationē excipitur, quod ſatis dici poſſit, pactū iſtud factum, circa id q́ eſt de hereditate viuentis: quū obligatio actiua & paſſiua dicantur eſſe in hereditate. *l. 3. in princ. ff. bon. poſſeſſ. Alex. d. l. iuriſgentium. §. ſi ante aditam. n. 4. ff. eod.* & melius probatur *per text. noſtrū hic, ibi*, vel ſi forte ad quoſdam ex his &c.

Secunda opinio.

Vaſquius *de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. n. 246.* repudiata communi ſententia, de qua poſtea, dicendum putat, quod paterfamilias, de cuius hereditate ibi agebatur, non fuerat ſoluendo: quare votum captandæ mortis alienæ ibi prorſus ceſſare: quum nemo veroſimiliter eiuſmodi hominis hereditatem captet: Vt proinde ex ceſſatione rationis decidendi, etiam ceſſatio deciſionis textus noſtri recte concludatur. At falſa hæc illius ratio eſt: quum remiſſo ex parte credito, in filio, ita præmature in euentum ſucceſſionis paciſcente, votum captandæ mortis patris haudquaquā ceſſet. Alia quæ ille auctor ibi retulit, talia ſunt, vt dilutione opus nō habeant.

Tertia opinio.

Raphael Fulgoſius hic vltra ea, quæ iam allata ſunt, opinatus eſt, deciſionem *d. §. idem probat.* ius ſpeciale eſſe in filio paciſcente, quum veroſimiliter vitæ parentis non inſidietur, ſequitur

quitur *Lud.Rom.h.num.9.* Et ſolum Fulgoſium ita ſenſiſſe, prodidit *Curt. h. num.* 13. Repudiatur autem Fulgoſii hæc ſententia ab omnibus: vt dubitandum non ſit, textum *d. §. idem probat.* non in filio tantum, ſed in quolibet alterius hereditatem ſperante, procedere. *Caſtren. d. l. iuriſgentium. §. ſi ante. num.* 3. quem *ibi* ſequitur *Alex. num.* 4. *Curt. hic num.* 13.

Guilhelmus de Cumo, relatus ab Alexandro *d. §. ſi ante. num.* 4. dicit, pactum, de quo in ſæpe citato *§. idem probat.* iure ſpeciali ſubſiſtere, fauore liberationis, a quo non eſt alienus *Caſtrenſ. ibi num.* 2. & clare probat *Alex. Barthol. h. num.* 17. *ibi Alberic. de Rozat. num.* 7. (dicens *in §. idem probat.* eſſe pactum liberatorium, reſpiciens perſonam paciſcentis, eoq; valere: in textu autem noſtro eſſe pactum obligatorium, res & hereditatem totam viuentis concernens, & ſic non valere: quum liberatio fauorabilior ſit. *l. Arrianus* 46. *ff. act. & oblig.*) *Bald. num.* 12. *Angel. num.* 6. *Salyc. num.* 10. *Lud. Roman. num.* 8. 9. *Iaſ. num.* 7. *Bolognet. num.* 38. 70. 154. Et hanc communem ſententiam eſſe teſtati ſunt *Franciſc. Curt. num.* 13. *Bolognet. num.* 70. & *Iaſ. d. §. ſi ante. num.* 3. *Vaſq. d. §.* 18. *num.* 246.

Quarta opinio.

Sentiunt ergo interpretes, vtcunq; creditores non tantū ſpem probabilem, ſed multo magis ius certū de præſenti in bonis debitoris habeant, pactionē tamen; quæ inter illos & filium initur, haudquaquam iure cōmuni, ſed ſpeciali potius & fauore liberationis valere.

110. Ad † alterum caput quod attinet, num filius, viuente patre, debitores illius liberare poſſit, ſcripſit *Dec. in l. filius paciſcendo. nu. 3. ſupra eod.* aliter Bartolum hac de quæſtione loquutũ eſſe *in l. filiusfamilias. la. 1. ff. ſolut.* quam in *l. cum dominus. §. fin. ff. pecul. leg.*

Verum illius doctrina explicari poteſt diſtinguendo. Nam aut filius de præſenti debitores liberat: aut promiſſionẽ facit liberando. Quando de præſenti liberat, diſtingue. Si enim filius aut filia ſpem habeant de præſenti aut ius in re, liberatio valet. *d. l. & ſuum. §. ſed ſi quis. l. & heredis 22. §. filia.*[a] *ff. eod. l. deniq; 3. §. ſi quid. ff. de minorib. l. 2. §. quod ſi in patris. ff. ſolut. matrim.* Hoc membrum poſuit *Bart. in d. l. filiusfamilias. ad fin. & in d. l. cum dominus. §. filius. num. 2.* Si filius (inquit) habet aliquam ſpem de præſenti, contra debitores paternos qui illi ſunt obligati ſub conditione, tunc poteſt facere liberationẽ, quæ patrifamilias facto præiudicat. *Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 2. §. 18. nu. 257. limit. 5.* Aut vero nullum ius, nullamue ſpem habet niſi ſuccedendi, tunc recurrendum [b] ad diſtinctionem Barto. *in d. l. filiusfamilias.* vtrum filius liberauerit debitorem ex cauſſa lucratiua, an non. Si enim ſimpliciter donationis cauſſa ius patris remiſerit, credens forte patrem ratum habiturum: tunc cõtractus eſt nullus, & nullo ille promiſſionis vinculo alligatur. ideoq; ſi patri ſuccedat, non obſtabit exceptio, quo minus exigere poſſit. *l. ſi ſeruo. ff. Qui & a quib. Bart. d. l. filiusfamilias. Iaſ. d. l. filius paciſcendo. n. 5. Dec. nu. 3. Alciat. n. 13. Bologn. n. 38.* Si au-

[a] *Dd. tamen h. ibi Bart. nu. 17. Bald. nu. 22. rationẽ decidendi non tam in iure filiæ cõpetenti, (vt Alc. nu. 53. intellexit) quam in fauore liberationis conſiſtere arbitrantur, vt & in d. §. idẽ probat.*

[b] *Plenius tamen diſtingui poſſet, plura mẽbra addendo vt ampliation. o.*

Si autem liberauerit debitorem non ex mera liberalitate, patri quidem regulariter non præiudicatur *d.l filius paciſcēdo.ibi omnes* [c] *Dd.&cū primis eleganter Alciat.n.*1. *&ſeqq.* qui fallentias ad hoc caput pertinentes congeſſit: Comunem eſſe ſcribit *Cagnol.h.num.*7. At bene filius ſibi præiudicat. *Bart.d.l.filiusfamilias.ff.ſolut.Dd.d.l.filius paciſcendo.ibi Alciat.nu.*10.*arg.* [d] *l.filiam* 56 *ff.Ad SC.Trebell.l.cum vir* 42.*ff. vſucap.l.pen.ff. fund.dot.d.l.cum dominus* 19.§.*fin.ff.pecul.legat.*

c Iaſ.h.nu.7 primam fallentiam ad regulā textus noſtri proponit, quando pactum ſit ad liberandum debitorē, allegat Bald. h.nu.22 Cōtra Iaſonem inſurgit Bologn h. nu.38. quod illius prima limitatio falſa ſit. Verum Iaſ.non ſimpliciter hanc fallentiam poſuit: ſed potius ad doctrinam ſuam in d.l.filius paciſcendo.prouocat, vbi, quemadmodum & in l.iuriſgentium.§ ſi ante ff.eod.ſufficienter diſtinxit.

d Iura hæc nihil loquuntur, de filio in vita patris alienante, excepto d.§.fin.ſed hoc tantum volunt, ius ſuperueniens prodeſſe debitori liberato. l.rem alienam ff.pig.act.late Bart.in l.cum vir ff.vſucap. Iaſ.d.l. filius paciſcendo nu.5. At d. §. fin. dicitur filium, cui peculium legatum eſt, ſeruum viuo patre, manumiſiſſe, ibi manumiſſionem de facto proceſſiſſe ſufficit.

Intellige autem hæc procedere, niſi liberatio quam filius paternis debitoribus facit, in diſpoſitionem *l.2.§.fin.ff.his quib.vt indign.& l.quidā.* §.1.*ff.donat.& textus noſtri* incidat. Nam tunc ita paciſcentes ſucceſſione priuantur, vt præcitata iura habent. *Caſtr.num.*4. *Alciat.num.*4.26. *Bolognet.hic nu.*70.*ad fin.*& *num.*72.

Et hæc quidem procedunt, quando filius ſimpliciter liberauit debitores patris, vt dicit *Dec.d.l.filius paciſcendo.nu.*3.*ad fin.* Sed quæritur, num debitori paterno promittere poſſit, ſe non petiturum, ſi hæres erit?

Nonnullis viſum eſt, filium fauore liberatio-

nis ita ſeſe obligare poſſe, & hanc ſequitur *Spec. tit. de pact. §. fin. nu. 5. Gemin. c. Quamuis nu. 8. de pact. in 6.* veriorem dicit *Dec. d. l. filius paciſcendo. nu. 3. Cagnol. h. nu. 71.*

Negatiuæ fauet Bart. *in d. l. cum dominus. §. fin. ad fin.* vbi dicit, filium quidem ſe ita obligare poſſe, licet hoc faciendo forte indignus ſit hereditate patris. Et nihil dubitandum, hanc ſententiam puram & ſimplicem veritatem eſſe, quam inuicta ratione probat *Alciat. h. num. 14. 15.* quum non ideo minus heres indignus cenſeatur, quia donet, aut liberet, quam quia alio modo contrahat. *d. l. 2. §. fin. ff. his quib. vt indign. d. l. Quidam. §. 1. ff. donat.* Ideoq; contrariam ſententiam apertæ falſitatis damnat *addit. ad Dec. d. l. filius paciſcendo.*

III. Fallit II. † Nam diſpoſitio legis noſtræ euitari poteſt: ſi quis promittat alteri habere licere rē viuentis, ſi ad eum perueniat etiam ex ſucceſſione, addita ſtipulatione pœnali. *l. ſtipulatio iſta 37. §. Quæſitum. ff. de verb. obligat. Iaſ. hic num. 7.* tribuens hanc fallentiā Raphaeli Cumano, quā defendit *Lancell. Gall. de ſtatut. verb. non poſſit. q. 1. n. 78.* niſi conſtet, quod in fraudē legis fiat, ſequitur *Vaſq. de ſucceſſ. creat lib. 2. § 18. num. 247. cum ſeq.* Sed communiter Dd. contra[a] ſentiunt, & poſt eos *Franc. Curt. h num. 7. verſ. tertio limito. ibi Alciat num. 15. Bolognet. num. 39.*

a Textus noſter in fine prohibet omnes contractus ſuper hereditate viuentis. *Franc. Curt. h.*

Fallit III. † Nam etſi non valeat conuentio ad vtilitatem paciſcentium, tamen bene valet in eorum damnũ: quia fiſcus b eis aufert hereditatẽ, ſi ad ipſos perueniat. *d. l. 2.* c *§ fin. ff. his quib. vt indign. d. l. Quidam. § 1 ff. donat. Cyn. h. n. 6. Bart. ante n. Bald. n. 7. Salycet. n. 3. Alberic. de Roſ. n. 6. Iaſ. nu. 7. Franc. Curt. nu. 7. verſic. Limita tamen. Cozadin. n. 7. Cagnol. n. 32. dicens communem. Alciat. nu. 16. Bologn. nu. 74. dicens hoc omnes ſequi. Carol. Molinæ. ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. § 8. gloſ. 3. n. 6. Lud. Rom. l. ſtipulatio hoc modo. n. 23. 24. ff. verb. obliga.* Atq; hinc patet, ita paciſcentes delinquere: quũ ſi nullum delictum eſſet, ſed ſimplex aduerſus bonos mores inobedientia, non fiſco, ſed proximioribus eſſet pendenda pœna. *Alciat. poſt Bald. h. num. 18.* 112.

b *Ioann. Bolognet.* putat pactum omnino nullum, neq; ad hoc, vt fiſco locus fiat, pacti validitatem requiri. *num.* 78.

c Moderni Taurinẽſes opinati ſunt, pactũ q dẽ huius textus noſtri nullũ eſſe, paciſcentes autẽ pœna *d. l. 2. §. fin.* nõ teneri. Quibus addere potes, etſi agnati paciſcentes pœna *d. l. 2. & d. §. 1.* tenerentur: tamẽ parentes aut liberos paciſcẽtes illa

pœna non obſtringi: quum textus noſter in parentibus, aut filiis non loquatur, ſed tantum in agnatis, & pœna priuationis locum habere non debeat niſi in caſibus expreſſis. Maxime cum ex actu nullo nulla pœna incurratur. Ad quas obiectiones reſpondet *Iaſ. nu. 6. Cagnol. h. relatus & nu. 69. 74. Alc. nu. 22. vſq. 26: Bologn. nu. 72. 74.*

113. Amplia † hanc limitationẽ 1. vt pœna hæc locum habeat, etſi pactio ſuper vna tantum re inita ſit. *Alciat. nu. 16. 30. 34 communem dicens. Bologn. nu. 39. Carol. Molinæ. ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 8. *nu. 6. &* 26.

Amplia 2. vt etiam filio auferatur hereditas tanquam indigno. Ita poſt *Bart. Dd. h. ibi Ludou. Romanus. nu. 11.* Quæ ſententia cõmunis & verior eſt, teſte Alciato *h. num. 22. cum ſeq. Carol. Mol. ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. num. 6.*

Amplia 3. vt procedat, quando filius paternos debitores in cauſſam mortis paternæ liberat *Alciat. h. n. 26.* quæ iuxta limitationem 1. accipienda erunt.

Amplia 4. in parentibus paciſcentibus. *Alciat. nu. 27. Bolognet. nu. 72.*

Amplia 5. in patre liberãte creditores filii in totum, in eius vita. *Bolognet. nu. 72.*

Amplia 6. in minoribus, ex cõmuni. *Bolognet. num. 72.*

Contra-

Digitized by Google

Contrarium ſentit *Alciat.num.31.32.*

Tu diſtingue, vt facit *addit. ad Deciũ, num.15.verb.faciendo.*

Declara † hanc fallentiam tertiam 1. ſi fiat pactum auctoritate legis vel iudicis. *Bald.in Auth.Hoc amplius.nu.9.10.C. de fideicommiſſ. Alberic.de Rozat h.nu.6.* 114.

Declara 2. quia ex cõmuni Dd. ſententia pactum non videtur perfectum, niſi ſecuta morte illius, de cuius hereditate agitur, Ideoq; interim eſt locus pœnitentiæ. Ita ſe habet cõmunis Dd. ſententia, quam ſequitur *Alciat.nu.35.41.*

Diſſentit *Ioann.Bolognet.h.num.77.*

Hinc autem ſequitur poſt mortem eius, de cuius ſucceſſione quæritur, eiuſmodi pacta ratificando c2 validari non poſſe, ſed potius delictũ conſummari, ſi in eadem voluntate perſiſtant illi, qui pacti ſunt: quod nota.

c2 Aut pactum poſt mortẽ tertii eſt compoſitum, & indubitanter valet: vt ȷ̃.*fallen.*18. Aut conuentio facta eſt eo de cuius ſucceſſione agitur, adhuc viuente: & eſt materia Legis noſtræ. Sed quæſtionis eſt, an poſt mortem tertii illius, paciſcentes ratificando, aut nouo conſenſu, pacto robur tribuere poſſint, vt illud iure validũ habeatur, Caſum inter magnates habui. Reſpõ-

deo, Aut quæritur de ratificatione: & illa nihil aliud facit, quam quod delictũ complet & ceteris paribus fiſco locum facit vt hic. Aut de nouo conſenſu quæritur, & ille pacto robur tribuit, vt j. *fallen.* 18. ſi modo prius pactum fuerit reuocatum: quale factum Anchar. habuit *conſ.* 115. *num.* 1. Quæ ſane intelligenda de reuocatione, tempeſtiue, id eſt, ante delictum completum, facta.

Declara 3. Nam ſolus fiſcus hanc indignitatẽ opponit.[d] *Dec. nu.* 15. *ibi addit. Cagnol. nu.* 72. 73. qui caſum in facti contingentia habuit. *Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. tit.* 1. §. 8, *gloſ.* 3. *nu.* 6. *Bologn nu.* 76.

d Quando fiſco locus ſit. *gl. & DD. in l.* 1. j *his quib. vt indign. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib.* 2. §. 20. *Petr. Greg. in ſyntagmat. iur. lib.* 42. *cap.* 14. *Iacob. Cuiac. Nouella de hered. & falcid. in princ. & in l.* 3. *ff. his quæ in teſt. delentur. notaui ad l. heredes palam.* §. *ſi quid poſt.* vbi aliquid dixi, *num.* 15. *& ſeq. & l.* 1. *num.* 131. *ff. Vulg. ſubſtit.*

Declara 4. domino ratificante *Dec. h. num.* 15.

Declara 5. in deferente ſeipſum, ſecundum *Dec. num.* 15. *Bolognet. num.* 79.

Declara 6. ſi iam alii ius ſit quæſitum, vt ſupra num.

Fallit IIII. ſi plures paciſcantur, non de alienis bonis, ſed de ſuis, vt, vno decedente ſine liberis[a] alter ſuperſtes habeat

beat res certas. *Franc. Curt. n. 7. verſ. quarto limitari poteſt. Iaſ. n. 8. 10. Bologn. n. 41. Cagn. n. 34.* qui hanc ſententiam verã eſſe, ſed huc nõ pertinere recte ſcribit: quũ regula textus de pacto diſpoſitiuo ſuper tertii hereditate loquatur. not. ͠j. n. 120.

a Hoc non eſt pactum diſpoſitiuum.

Fallit V. † in hereditate hominis incerti. *d. l. 3. §. de illo ff. pro ſocio. Cyn. h. n. 5 Bart. nu. 1 & 17 Bald. n. 10. in 7. oppoſit. & n. 22. Alb. de Roſat. nu. 7.* dicens ceſſare tunc votum captandæ mortis alienæ. *Salyc. n. 9. 10 Iaſ. n. 8. Franc. Curt. nu. 26. Dec. nu. 17. latiſſime & optime firmat, refutatis contrariis. Cagn. n. 34. vſq. 42. vbi hanc Communẽ & tenendã dicit. Alc. n. 42. 43. 44. ibi declarat. Bologn. n. 42. 82. 89. 154. Vincent. de Franch. deciſ. 89. n. 4. Viuius lib. 1. cõm. opin. verb. pactũ. n. 10 limitat 3. Soci. d. reg. 344. pactũ de hereditate fall. 2. Natta repet. d. c. Quãuis. part. 2. n. 111. fall. 2. ibi Ramat. n. 10. 11. 12.* qui de ratione decidendi quærit, queadmodũ *& Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 3. ad l. ſi quando. §. illud. C. inoff. teſt. Guilh. Bened. in repet. c. Raynutius. verb. duas habẽs filias. n 236 ext. de teſt. Io. Gutter de vlt. volũt. part. 2. c. 5. n 5. Modeſtin Piſt. conſ. 8. nu. 18. lib. 1 vbi textũ d. §. de illo pulcre ex Decio limitat. Soc. d. reg. pactũ. fall. 2. Diaz. d. reg. pactũ. fall. 2.* 116.

Sublimita, quando incertitudo non niſi in vna perſona verificari poteſt: q̃a tunc genus eſt loco ſpeciei, vt poſt *Aretin. declarat Cagnol. num. 42.*

Declara vt *per Philipp. Franciſc. c. ne captandæ. num. 6. de conceſſ. præb. in 6.*

117. Fallit VI. † quando conuentio veniret ex neceſſitate in exſecutionē præcedentis contractus liciti. Ita intelligunt Dd. *l. ſi quis ſeruū. 24.* b *ff. act. emt. Cyn. hic. nu 5. Bart. nu.* 1. 17. *& Bald. nu.* 10. *in 9. oppoſit. & nu. 22. Angel. nu. 6. Lud. Rom. nu. 88. Salycet. nu.* 10. dicens hoc operari conſequentiam neceſſariam & iuris neceſſitatem. *Caſtr. nu.* 11. *Iaſ. nu. 8. 15. Curt nu. 26. pulcre Dec. nu.* 21. *Cagnol. nu.* 42. *Alc. num. 49. Bologn. nu.* 21. *&* 44. *&* 154. *Matth. de Afflict. c. ſi quis inueſtierit. nu. 57. fall. 3. de feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Cacheran. deciſ. 100. nu. 9. 10. 28.* In iis enim, quæ fiunt ex neceſſitate, non habet locū animus inſidiandi. *Dd. hic. Socin. d. reg. 344. fall. 3. Natta loco relato fall. 3. Guilhel. Benedict. d. verb. duas habens filias. nu. 236. Viuius lib. 1. commun. opin. verb. pactum. limitat. 4. nu.* 11. *Socin. d. reg. pactum fallen. 3. Diaz. d. reg. 3. fallen. 3.*

VERBA TEXTVS.

b Si quis ſeruum, quem cum peculio vendiderat

Digitized by Google

derat, manumiſerit, non ſolum peculii nomine, quod ſeruus habuit tempore, quo manumittebatur, ſed eorum quæ poſtea adquirit, tenetur. Et propterea cauere debet, quidquid ex hereditate liberti ad eũ peruenerit, reſtituturũ &c. Fit ergo (inquit gloſſa) cautio de futura hereditate, & ſic eſt contra *l. fin. C. de pact.* Gloſſa multas ſolutiones dat: ſed hanc, quam attuli, omnib. potiorẽ eſſe teſtatur. Aliqui moderniores reſpondent, quod textus hic loquatur de hereditate hominis ingenui: quum *l. ſi quis ſeruum.* de liberti ſucceſſione diſponat. *Cyn. hic num.* 5 & hanc probat Bal. *in c. ſi quis inueſtierit. n.* 2 *ibi Affl. n.* 57 *de feud. dat. in vic. leg. commiſ.* Cacheranus *loco relato* poſt ſolutionem priorẽ communiter a Dd. receptam, poſſe reſponderi ait, quod hoc ius ſingulare & in odium venditoris perfidi introductũ ſit. At hoc probare non poſſum. Nam Marcellus non quidem reprehendendo, ſed addendo notat, illum venditorẽ ex emto prę ſtare debere, quæ haberet emtor, ſi homo manumiſſus nõ eſſet. Continebantur ea, quæ ſi manumiſſus non fuerit, adquiſiturus non eſſet. Quibus verbis Iuriſconſultus ſatis oſtendit, ſe ius non ſingulare, ſed commune referre: & quamuis cautio nulla præſtita fuiſſet, tamen venditorem ad ea, de quib. textus meminit, teneri: quod poſt Taurinenſes notat *Cagnolet. h. num.* 42. *Donel. num.* 14. Ramatus ad *c. Quamuis de pact. in* 6. *num.* 14. 15. 16. nouam conciliationem adfert. Textum enim legis noſtræ in eiuſmodi agnatis paciſcentibus intelligit, qui ex teſtamento ſucceſſionem ſperant, vbi

conſenſu teſtatoris opus eſſe exiſtimat. At in ſucceſſione legitima lõge aliud eſſe opinatur, quod videlicet pacta, eo, de cuius ſucceſſione agitur, minime conſentiente, fieri poſſint. Atq; ita textum *l. ſi quis ſeruum. & d. l. 3 § de illo ff. pro ſocio.* intelligit: & diſtinctionem de hominis certi & incerti hereditate expungendam cenſet. Porro hoc nouũ Ramati dogma recipi non poteſt. Primo enim repugnare videtur textui noſtro, qui clare oſtendit eatenus pactum diſpoſitiuũ conſiſtere, quatenus is, de cuius ſucceſſione agitur, vſque ad extremum vitæ ſpatiũ pacto illi acquieſcit. At qui teſtamentum condit, a pacto diſcedit, etſi paciſcentes heredes faciat, niſi accurate ad eundem modum teſtetur, quem ſua conuentione paciſcẽtes complexi ſunt. Conſenſus namque paciſcentibus accommodatus, reuocari poteſt, expreſſe & tacite: & tacite reuocatus intelligitur, ſi is, de cuius ſucceſſione agitur, contra pacti formam etiam inter viuos diſponat. *Cagnol. h. num. 59.* Quo fit, vt Dd. communiter textum noſtrum de ſucceſſione ab inteſtato acceperint: etſi & de ſpe ex teſtamento accipi poſſit, vt ſupra nu. 102. Secundo, tertio, quarto, quinto alia obſtãt, de quibus ſupra num. 102.

Tranſeo ergo cum communi intellectu Dd. quem cum textu congruere video.

118. Fallit VII. quando † conuentio ratione conſequentiæ & vniuerſitatis ſubſiſteret, & hereditas, de qua pactio fuit compoſita, acceſſorie veniret: Quia multa cum vniuerſitate transferuntur.

Digitized by Google

quæ ſpecialiter tranſire non poſſunt. *l. Quædam ff. Acquir. rer. dom.* Ita intelligũt *Dd.d.l.2 § illud.*1. [a] *ff hered. vel act. vendit.* Puta, vendidi hereditatem Titii: ſed eiuſdem Titii filio impuberi fui etiã pupillariter ſubſtitutus. Quæritur, ſi hoc actum ſit, vt etiam impuberis hereditas venditione comprehẽdatur, an in actionem ex emto veniat? Decidit Vlpianus etiam impuberis hereditatem venire: maxime ſi iam delata impuberis hereditate, venierit hereditas. *Bart. h.n. 1 & 17 Bald.num.*10 *&* 22. *Angel. num. 6. Sal. num. 10. Franc.Curt. nu. 26* qui hunc intellectum Bartoli eſſe ſcribit, quem tamen non probat. *Iaſ. num.15. Bolog. num. 44. 90. & 154. Matth. de Affl. c. ſi quis inueſtierit. num. 56. fall.2. De feud. dat. in vic. leg. commiſſ. Socin. d. reg. 344. fall. 5. Natta vbi ſupra fall. 5. Guilh. Benedict. d. verb. duas habens filias. num. 236. Diaz. d. reg. pact. fall. 5*

l. 2. §. illud 1. ff. her. vel act. vend. intellectus.

a Circa hunc textum reperio tres Dd. intellectus: Primus intellectus eſt, particulam maxime abundare in textu: ſententiã ergo eſſe: quod pupillaris hereditas in venditionem ipſa quoq; veniat, ſi iam delata ſit. Verum hæc ſententia textum deſtruit, & per Dd. communiter reprehenditur. *Franc. Curt. h. num. 25. Cagnol. 79. Bologn.*

Digitized by Google

num. 90 etſi eam probet *Cagnol.num.*79. Secundus intellectus eſt, quod particula (maxime) neceſſario non inferat viuere pupillum, ſed non eſſe delatam hereditatẽ, quod contingere poteſt eo etiam mortuo. *Alciat. h.num.*47. Sentiunt ergo aliqui, pupillũ ibi mortuum fuiſſe, quod colligunt etiam ex vocabulo hereditatis: quum viuentis nulla ſit hereditas[a]: *l.* 1. *ff. hered. vel act. vend.* vt textus hic ſenſus ſit, etiam pupilli mortui hereditatem in venditionem venire, etſi delata nondũ ſit: vt puta, ſi vendatur, pendẽte conditione, ſub qua ſubſtitutus eſt venditor impuberi. Ita repudiata communi ſententia, textũ intellexere *Chriſtoph. de Caſtell. Fulgoſ.* & *Aquenſ. relati per Bolognet. h.num.*90 *Franc. Curt. num.* 25 *Alciat. poſt Aretin. num.*47. *Hugo Donell. num.* 16 Hunc repudiat *Cagnol.* tum quod ſit diuinatorius, quaſi nondũ euenerit conditio, tũ quod verbum (delata) capi debeat proprie & in potiori ſignificatu. Tertio Dd. communiter hunc intellectum de pupillo mortuo tanquam plane indubitabilem, & Iuriſconſulti deciſione indignum reiiciunt. Quis enim dubitare potuit, ſi venditor hoc agat, quin mortui iam pupilli hereditatem maxime ſibi delatam vendere poſſit. Quis inquã dubitet de hac ſententia, omni dubitatione ſuperiore? Nemo certe. Interpretes ergo communiter in caſu huius textus de pupilli adhuc viuentis hereditate agi contendunt, & varias decidendi rationes quærunt. Forcatulus *dial.* 55. *num.*8. exiſtimat: quum ſemel ius ſubſtitutionem pupillarem admiſerit aliquid ſiniſtræ ſpei de morte pupilli

a *viuẽtis hereditas proprie non eſt: dicimus tamen & viuentis hereditatem l.* 2. *§ interdũ ff. vulg & pupill.*

Digitized by Google

pupilli habentem, nouum quoque incidens facile fuiſſe permiſſum. Verum hæc conſideratio nullius momenti eſt. Admiſit enim pupillarem ſubſtitutionem ius noſtrum, ſed ita tamen, vt & ſiniſtræ ſuſpicioni remedium adhibuerit. § *Sin autem. Inſtit. pupill. ſubſtit.* At pactio de pupilli adhuc viuentis hereditate inter ſubſtitutum pupillarem & alios inita, textui noſtro in deciſione & ratione decidendi apertiſſime refragatur. Angelus *h. num.* 1. doctrinam Bartoli ad textum noſtrum *num.* 18. ponderat, vbi ille ſpem vanam, quæ ex mera alicuius voluntate, non vanam autem, quæ non ex mera voluntate, ſed ex aliquo futuro euentu dependet, eſſe ſcribit, addens de iure competente in ſpe ita diſponi poſſe, ſicut de iure competente in re. Huc ergo ille reſpectans, ſiniſtram illam de morte pupilli ſuſpicionem, nihili vt apparet, facit. Neq; enim qui ſpem aut rē habet, ſiniſtris ſuſpicionib. impediri debet, quo minus ex iure de re aut ſpe ſua diſponat: ꝙ multis illuſtribus exemplis, & maxime inueſtituris de caducitate ſucceſſionis, vti appellant, planiſſimum fieri poteſt. Subſtitutus (inquit ille) ante exſiſtentiam aditionis, ſpem, (id eſt, quę cedi, vendi, diſponi poſſit) habere dicitur. Et eſt ratio, quia abſque pupilli voluntate, ex futuro euentu, ad ſubſtitutum hereditas poteſt deuolui: & ideo dicitur ſpes *l.* 2. § *illud. ff. her. vel act. vend.* addit ibi, hoc ſcire eſſe valde vtile, quum ſpes formata & in eſſe producta, transmiſſibilis ſit in ſucceſſorem vniuerſalem & ſingularē. *l. ſpem.* 3. *ff. dona.* §. *ex conditionali. Inſtit. verb. obl. l.* 1. *ſupra eod.* Hæc

Digitized by Google

ille. Sed & huic expoſitioni textus *d. l. 2. § interdum ff. vulg. & pup.* cum iis, quæ ſupra ad requiſitum tertiũ huius textus notata ſunt, repugnant. Dd. communiter exiſtimant hereditatem viuentis non poſſe venire in contractũ principaliter, ſed acceſſorie atque incidenter ſic. Quare quum hic ſit facta venditio totius hereditatis teſtatoris, ſub vniuerſo per conſequentiam quandam venit hereditas pupillaris. Tranſit ergo hereditas pupilli cum principali. Multa enim tranſeunt cum vniuerſitate quæ non tranſeunt per ſe. *l. in modicis 24. ff. contrah. emt. l. Quadam 62. ff. acquir. rer. domin. Cyn. h. num. 5. in 5. oppoſ. ibi Bart. nu. 17. Alberic. de Roſat. num. 7. prope fin.* dicens hanc ſententiam veriorem. *Salyc. num. 10. Dec. nu. 21 Bolog. num. 90.* qui hanc communiorem & notabiliorem ſententiam eſſe teſtatur. Idem *Bart. in l. is poteſt. num. 11. ff. acquir. hered. Cagnol. num. 79.* Verum hac conſideratione non euacuatur ratio prohibitiua pacti diſpoſitiui textus noſtri *Franc. Curt. h. num. 25.* Deinde hæc ſententia non modo *d. l. 2. § interdum.* ſed & textui *d. §. illud.* plane repugnat. Nam etſi teſtamentum pupillare certo modo teſtamenti paterni ſequela ſit: Tamen Vlpianus clare oſtendit, hoc, (ad propoſitã quæſtionem quod attinet) verũ non eſſe. Licet vnũ (inquit) teſtamentum ſit, tamen alia eſt hereditas. Oſtendit ergo collectionẽ ab hereditate patris ad hereditatem pupilli non valere. Mihi Caſtellionei prius relata ſententia placet, quod *in d. §. illud.* Vlpianus de pupilli mortui hereditate reſponderit: neque caſus ſecundum hunc intel-

lectum

lectum indubius eſt: Quinimo nondum delata hereditate, ſatis dubitabilis, de quo præcipue Vlpianus reſpondere voluit, caſum hereditatis iam delatæ minus dubii habere, aut potius indubitabilem eſſe, particula (maxime) adiecta, ipſe vltro oſtendens. Et hanc Caſtellionei ſententiam bonam in effectu tuetur *Franc. Curt.* quod pupillus mortuus ibi ſit, ſed admodũ mala ratione. Putat enim poſt dictionem maxime, punctum faciendũ, qui obtineat vim copulæ, &c.

Fallit VIII. eo, de cuius bonis agitur conſentiente [a], & in conſenſu vſque ad mortem perſeuerante, *text. h. ibi Cyn. nu. 5. Bart. num. 17. Bald. num. 12. Angel. num. 6. Caſt. num. 2. Iaſ. num. 10. 11. 12. Curt. num. 10. & 26. Dec. num. 4. 6. Alciat num. 40. late Cag. num. 43 & ſeqq. Bolognet. num. 26 & 45. 52. vſque 61.* vbi ex hac theorica multa, & cumprimis, illum notabilem & cotidianum caſum decidit, ſi filia in manibus patris ſucceſſioni paternæ, maternæ, fraternæ, auitæ, &c. renuntiet, pactum, extra hereditatem patris, diſpoſitiuum eſſe, *not. in c. Quamuis. num. 33. vſque* 41. *De pact. in 6. Socin. d. reg. 344. fall* 1. *Natta d. c. Quamuis part. 2. num.* 111. *fall. 1. Benedict. d. verb. Duas habens filias. num* 236. *Viuius lib. 1 commun. opin. verb. pactum. limitat. 1. num. 6. Diaz. d. reg. pactum. limitat. 1.* 119.

a Hic conſenſus vim teſtamenti non habet *Alciat.h.num.*42 *Cagnol.*56.*num.*57.*Bolog. num.* 47. Vocantur enim paciſcentes ad ſucceſſionē ex teſtamento vel ab inteſtato,ſed exſecutio non fit ſecu ndum partes ex teſtamento vel ab inteſtato delatas,ſed ſecundum conuentionem.*Burſat.conſ.*136.*num.*144.*lib.*2. Quod verum,ſi ante pactionem teſtamentum conficiatur. At ſi is, de cuius ſucceſſione agitur,poſt præſtitum aſſenſum,teſtetur:& paciſcentes alio modo quam illi conuenerint,heredes faciat, a conſenſu adhibito receſſiſſe intelligitur, vt hic ampliatione 3. *Anchar.conſ.*403 .*num.*2.3. Contrarium, quod eiuſmodi conuentio quo ad tertium de cuius ſucceſſione agitur,vim vltimæ voluntatis habeat,decidit *Franc.Curt.iun.conſ.*98 *num.*2.3.4.

120. Ad hanc fallentiam enucleatio gloſſæ *h.ſuper verb.accommodauerit.* pertinet.Non poteſt quis de ſua hereditate cum alio pactum facere acquiſitiuum:ſed nihil obſtat, quin tertiis diſpoſitiuū pactum componentibus aſſenſum præſtet. Ratio diuerſitatis eſt: Quia ſi pactum acquiſitiuum, vt pactum ſubſiſteret,libera teſtandi factio paciſcenti tolleretur.At qui aliis conſentit, libertatē ſibi vel teſtamenti conficiendi,vel ab inteſtato decedendi,adde & conſenſus quoquo modo reuocandi licentiam ſibi conſeruat.*Cyn.h.num.* 5. *Alberic.de Roſat.num.*7.*Salyc.num.*3.Atque hinc præcitata gloſſa colligit,eum qui actum conficere non poſſit,alii conſentire,& per alium facere poſſe.*Odofred.num.*5.*Bart.num.*1 *Bald.num.*8.9 dicens hæc vera,quando ſit eadem prohibitionis

ratio

ratio vtrobiq;. *Salyc.n.3.4.Iaſ.n.15.Dec.n.18.Curt.n.15.Gozad.n.18.Cagn.n.58.76.vſq;* 81. *Io.Bologn.nu.*83.*vſq;*.87. Verius autem eſt, hoc notabile ex textu noſtro haudquaquã elici poſſe: Tum (1) q̃ hæc collectio pactũ adquiſitiuũ & diſpoſitiuum inter ſe permiſceat. Tum (2) q̃ is, de cuius ſucceſſione agitur, neq; paciſcendo, neq; aliis cõſentiendo ſibi teſtamẽti libertatẽ præcidere poſſit. *Caſtr.h.n.*8. In fine gloſſa præcitata ab omnibus extollitur, vbi ſtatuitur, etſi pactum ſucceſſionis aut hereditatis acquiſitiuũ nõ valeat: nihil tamẽ impedire, quo minus quis bona ſua poſt mortẽ ſuam per ſtipulationẽ alteri donet aut ꝓmittat. Qua de materia latiſſime diſſerũt omnes Dd. h. *ibi Cyn.n.*8.9.*Bart.n.*10.11.*& in repet.Bald.n.*19. *Alb.de Rozat.n.*2.3.7. q̃ dicit, paciſcentẽ nõ ſuccedere ex tali pacto, ſed alium ſuccedere, & præſtare paciſcenti bona. *Caſtr.n.9.Angel.n.5.Salyc.n.4 Dec.n.30.Alc.n.68.cũ ſeq.Bologn.n.9.&.126.& reliqui.Dd.in l.ſtipulatio hoc modo.ibi Bald.n.2.Caſtr.n.3.Iaſ.n.11.Io.Bologn.n.28 &* 110.*cũ ſeq.ff.de verb.oblig.Bald.in l.nam ſi cũ moriar.n.3.ff.cõdict.indeb.Bald.in l.Quæ dotis.n.7.ibi Iaſ.n.40.ff.ſolut.matrim.Imol.in l.diuortio.ff.verb.obli.Iaſ.in l.licet.nu*,15.*S eod.Dec.in l.pactũ.n.3.J de collat.Nicol.Boer.deciſ.353.n.11.12.Vincen.Franch.deciſ.213.n.8.Tiraquell.de iure primigen.q.6.nu.8.31.32.33.Couarru.rubr.part.2.nu.6.de teſtam.ibidem Guilhelm. Benedict. ad c. Rainutius. verb.teſtamen. el 4.num. 23.Gabr. Roman. lib. 3. recept. concluſ.tit.de pact.reg.1.num.10. verſic.primo. limitat.Ioann.Dilect.de arte teſtandi,tit.10.caut.*

2. *Vaſq. de ſucceſ. creat. lib. 2. §. 18. num. 292. de ſucceſ. progreſ. lib. 1. §. 1. num. 186. de ſucceſ. reſolut. lib. 1. §. 3 num. 22. Richard. de vnione prolium. cap. 3. num. 17. 18. Andr. Gail. obſ. pract. lib. 2. obſeruat. 126. num. 6. Graß. in tract. commun. opin. §. ſucceßio ab inteſtato. q. 9. num. 18. & in reſponſis Oldrad. conſ. 114. num. 1. conſ. 139. num. 1. Lud. Rom. conſ. 26. num. 1. ibi additio. Decian. conſ. 65 num. 11. Guid. Pap. conſ. 31. num. 1. 2. Pariſ. conſ. 24. nu. 65. lib. 2. conſ. 1. num. 123. lib. 3. Rol. a Vall. conſ. 61. n. 13. lib. 2. Ioan. Ceph. conſ. 598. n. 41. Natta conſ. 270. n. 3. Mand. conſ. 4. nu. 18. Carol. Ruin. conſ. 170. n. 17. lib. 1. conſ. 65. n. 13. 14. lib. 2. Alb. Bru. conſ. feud. 135. col. 7. verſ. Tertio moueor, quia iſta conuentio &c. Tib. Dec. conſ. 7. n. 116 lib. 1. Goden. conſ. 110. n. 10. Mod. Piſt. conſ. 19. n. 1. & ſeqq. lib. 2.* In donatione ergo aut promiſſione bonorũ regula affirmatiua, in pacto ſucceſſorio negatiua ſtatuitur, *not. in tract. de teſta. n. 84. 99. cũ ſeq.* Illius limitationes a Dd. hic, & aliis locis iam relatis, huius autẽ fallentiæ a Decio *in d. l. pactũ quod dotali. n. 11. 12.* & Natta *d. c. Quamuis. part. 2. n. 92.* congeſtæ ſunt: inter quas duo illi inſignes & notabiles caſus ſucceſſionis conuentionalis, præcipuum locum obtinent, in cõtractu videlicet ſocietatis omnium bonorũ, & in contractu matrimonii inter nobiles ex conſuetudinibus locorũ. *Guilhelm. Benedict. d. c. Raynutius. verb. duas habens filias. num. 197. cum ſeq. Additio ad Nattam d. c. Quamuis. part. 2. num. 101. verſic. Pactum vt æqualiter ſuccedat Alb. Brun. d. conſ. feud. 135. per tot. pulcre Dn. Hotoman. conſ. 72. num. 15. 44. not.*

d. c. Quam-

*d.c Quamuis.num.*136. Vbi autem conſuetudines ceſſant, & pacta ſucceſſoria excluſa ſunt, pro iis, quibus in contractibus matrimonialibus per pacta ſucceſſoria ſæpe turpiter illuditur, hæc cautela eſt, vt per pacta & promiſſiones inter viuos ſibi conſulant, iuxta præmiſſa *Alberic.de Roſat.h. n.6.ibi Caſtren.n.9.* Et qua ratione pactũ futuræ ſucceſſionis reprobatum a donatione aut pacto licito ſecernatur, poſt Dd. explicat *Franc. Curt. Iun. conſ.81.nu.1. Burſat.conſ.136.num.4.lib.2.*

Extende† hanc fallentiam 1. vt nihil referat, vtrum is, de cuius ſucceſſione agitur, ab initio conſenſerit, an pactum ratificet: quo fit, vt non ſtatim fiſco ius quæratur. *Andr.Alc.h.n.*41 *Io.Bologn.n.46. & 48.Burſat.d.conſ.136.nu.*141. *& not ſupra ampliatione 10.& fall.3.declarat.2.nu.*114. 121.

Amplia 2. Nam ex tali conſenſu paciſcentibus nihil iuris quæritur, quamdiu is reuocari poteſt, vt poſt *Caſtren.h. not.Dec.nu.6.Alciat.nu.41.Bologn.num.56.*

Declara vt infra.122. verſ.ſublimita ſecund.

Amplia 3. Nam & tacita reuocatio ſufficit, ſi is, de cuius agitur, cõtra pacti formam diſponat, etiam inter viuos, *Cagnol.h.nu.56.60.Anchar.conſ.403.nu.3.*

Amplia 4. Nam & de re alterius quis teſtari poteſt, illo conſentiente *l.ſicut §. vẽditi.ff.qb.mod.pign.vel hyp.ſolu.Iaſ.h.n.*11.

Amplia 5. Nam & minor eiuſmodi

turos. De quo facto concludit *Oldrad. conſ.231.n.1 ibi* Si autem quis dicere vellet &c. patre rege voluntatẽ ſuam mutante, iuramenta filiorũ viribus vacuari: quũ conditionẽ habeant, ſi pater in tali conſenſu perſeueret, & rebus ita ſtantibus. *Bald. ſubdubitans d.c item ſacramenta.nu.17. Corſet.de poteſt.regia part.2.n.5. Dec.conſ.475 in cauſſa quæ Mantuæ.nu.23.*

Sublimita † hanc fallentiam 1. Nam ſi paciſcẽtes nõ ſint proximiores agnati, & conſentientẽ poſtea mori contingat, conſenſus præſtitus nihil prodeſt, vt a paciſcentes illius virtute ſuccedãt. 122.

a Ergo vt cõſenſus hic proſit, requiritur, vt is de, cuius hereditate agitur, aut teſtetur, aut vt illi, qui ſpem ſuccedendi ab inteſtato habet, æquali cognationis gradũ tertium illum attingat. Niſi forte pactum ſub textu noſtro ibi, vel ſi forte ad quoſdã &c. aut ibi, iubemus etenim neq; donationes &c. cõtineatur, vbi conſenſus operatur, etſi vnus tantũ proximior defuncto ſucceſſerit.

Tum (1) quod conſenſus hic vim teſtamenti nõ habeat, vt ex eo detur hereditas, per prædicta. num.119.

Tum (2) ꝙ cõſenſus iſte ſit cõditionatus, ſi hereditas ad paciſcentes perueniat, text. h. *ibi, & hereditas ad eos perue-*

tis alterius diſponit,vt quũ ꝓprietarius vendit vſumfructũ alicui, quando per mortem Titii eſſe deſierit. *Alciat.h.n.50.*

Tum(1)quod filia paciſci poſſit,ſe de dote non acturã: quũ ſui iuris eſſe cœperit.*d.l.& heredi 22.*§.*filia.ff. eod.* ꝙ non tam fauore liberationis inductum exiſtimatur,quã quia de re ſua paciſcitur in caſum,quo plenius ius adepta ſit.*Alc. h.nu.53.*& not.ſupra fallen.1.

Tum(2)quod dominus feudũ vaſalli ſui,ſub cõditione, ſi poſſeſſore ſiue herede feudali decedente, illud ſibi aperiatur, iuxta conſuetudines feudales concedere poſſit,vt ſupra num.

Tum(3)quod textus noſter pactiones illas improbet, quæ ſub duabus conditionibus mortis & ſucceſſionis alienæ componuntur. Valent ergo cõtractus, qui in caſum mortis alicuius cõferuntur: ſi modo nõ fiant ſpe futuræ ſucceſſionis,vt ſupra num.

Tum(4)quod idem iudicetur de ſpe probabili, & de re atq; iure quæſito, vt ſupra num.Hinc Dd.textũ noſtrum de eiuſmodi paciſcentibus exponunt,a q̃bus quæri poteſt, vt Iuſtinianus hic fa-

Digitized by Google

Contrarium defendit *Cagnol.h.nu.* 55. quũ eiuſmodi pacta ſint contra bonos mores & ius gentium *d.l. Quidam.* §.*fin.*

Fallit XIII. in iure primogenituræ ad rẽ certã ex cõtractu, aut inueſtitura competente. *Molin.d.gl.3.n.6.& 28.* Quã de ſententia ſupra nu 73.78. memini.

Fallit XIV. †Si paciſcẽtes firmiſſime ex iuſta cauſſa, mortuũ credãt eum, de cuius ſucceſſione agitur, & is reuera mortuus ſit. Nam & pactum valet, neq; vlli pœnę locus eſt. *Alciat.h.n.37.* Idem ſi poſtea moriatur, ſecundum *Cagn.nu.27. & 53.not.ſupra.nu.20.* 126.

Contrariũ tenet *Bologn.h.nu.48.* quod pactum nullum ſit, etſi paciſcentes in pœnam non incidant.

Fallit XV. fauore dotis, pro qua etiã, viuente patre, filius ſe obligare poteſt. *Dec.h.nu.15. Abbas conſ.12.part.1.*

Contrarium verius eſſe dicit addit. ad Decium ibi.

Fallit XVI. †Nã nemo poteſt paciſci ſeu contrahere ſuper re alterius, ſine ipſius conſenſu, id eſt, in præiudicium illius, ſed bene in præiudicium proprium: [b] *l. rem alienã 41.ff.pign. act. l. rem* 127.

pacti eſſentialia non habet. Verũ hanc fallentiam euertit *Cagnol. h. num. 23. ibi Bolognet. num. 40.*

Fallit XIX. † Nam etſi feuda quoq; deciſione textus noſtri, ſecundũ præmiſſam diſtinctionẽ contineantur: & pactum diſpoſitiuum ſuper aliena ſucceſſione faciens, nõ priuetur ipſo iure, neq; exceptio indignitatis ipſi obiici poſſit per coheredes, ſed priuandus ſit tanquã indignus proſequente ꝓcuratore fiſci, ad quẽ talia bona pertinent. *Dec. h. n. 15. Cagnol. n. 72. 73. Bologn. n. 76. Carol. Molin. ad conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. n. 6. l. his cõſequenter. 18. § 1. ibi Dd. ff. famil. herciſ.* Feuda tamẽ fiſco minime vendicãtur, 128.

Tum (1) quod textus noſter ad feuda pertineat, in defectũ iuris feudalis, puta, de habentibus ſpẽ ſucceſſionis feudalis, pactũ diſpoſitiuũ facientibus, iura feudiſtica nihil cauerũt, neq; quo ad pacti nullitatem, neq; quo ad pœnam paciſcentiũ. Recurrimus ergo ad textum noſtrũ & ad iura cõcordantia. Cui autẽ feudum applicandũ veniat, ſi ſpẽ ſucceſſionis habens, culpã, nõ quidem in dominũ, ſed talem tamen admittat,

Digitized by Google

RATIONES CVIVSDAM VENERABILIS ATQVE PRAEcellentiſſimi Collegij Iuridici ad repet. l. fin. n. 50. C. de Pact. pertinentes.

CHRISTI REDEMPTORIS noſtri ſubſidio implorato. De propoſita facti ſpecie non ita pridem interrogati reſpondimus, D. L. qui Pactum fecit cum fratre ſuo I. de bonis feudalibus L. ſenioris tunc viventis & ignorantis, amiſiſſe jus ſuum, licet alio qui tanquam proximior dicto L. ſucceſsiſſet, & ideo feudalia bona ad alios agnatos pertinere, videlicet ad filios dicti L. G. & filios I. L. videlicet juniorem, B. & G. I. nec non A. & I. C. filios H. qui omnes in octavo, eodemq; gradu ſunt defuncti, de cuius ſucceſsione agitur.

Poſt reſponſum autem redditum rogati fuimus, ut rationes & argumenta huius noſtræ ſententiæ pleno ſcripto reſponſo deduceremus, quod pro mu-

 nere

Digitized by Google

nere noſtro recuſare non potuimus. Quare ut ea qua decet diligentia, & fide id exequamur, totam conſultationē in tria capita dividendam putavimus.

Primum caput argumenta & rationes continebit, quibus moti fuimus ad reſpondendum L. paciſcentem cum fratre ſuo I. de bonis feudalibns alterius L. viventis & ignorantis, omni jure ſuo cecidiſſe, tan quam indignum effectum, ob pactionem illam de feudo viventis initam.

Secundum caput argumenta continebit quibus adducti ſumus ad reſpondendum, L. paciſcente jam excluſo, feudalia bona pertinere ad ſupradictos filios paciſcentium in eodem gradu exiſtentes, de quibus ſupra mentionem fecimus, nempe L. B. G. K. A. M. C. agnatos defuncti Ludolphi illius, quo vivente initæ ſunt pactiones ſupra dictæ.

Tertium vero caput argumenta confutabit quæ contra concluſionem tam primi quam ſecundi capitis adduci poſſunt, & dubiam prima fronte conſultationem ac reſponſum noſtrum reddere. Quod

Digitized by Google

Quod attinet ad primum, præmunitionis loco præmittimus ita conſtitutum eſſe jure civili, ut nemo paciſcatur de viventis hereditate, niſi eo ſciente & conſentiente, & in eo conſenſu uſque ad mortem perſeverante, de cujus bonis & hereditate fiunt pactiones: Sunt enim odioſæ hujusmodi pactiones, plenæ triſtiſsimi & periculoſi evẽtus, & contra bonos mores, *l. ult. C. de pactis*. Ratio eſt: Quia inducunt votum captandæ mortis *c. Deteſtanda. c. He. captandæ, de præbend. lib. 6.* Improbus enim exiſtimatur is, qui ſollicitus eſt de viventis hereditate. *l. 2. §. interdum. D. de vulg.* Expectare enim mortem liberi hominis, neque civile, neque naturale, *l. inter ſtipulantem. §. Sacram. D. de verb. oblig.* Quamobrem huiusmodi pactum occaſionem afferre peccandi poſt alios dixit Vaſquius de ſucceſsionum progreſſu *lib. 3. §. 28. n. XI.* & peccati eſſe nutritiva Salycetus dicebat *in L. pactum quod totali C. de pactis. Alexander conſ. 28. col. 3. lib. 3. Socinus iun. conſ. 44 poſt n. 39. lib. 2. Cacheranus decis: pedemont. 100. n. 3. Hippol. Riminaldus conſ.*

 164.

164. n. 41. Ideoque nec juramento fir-
mari quam plurimi aſſeruerunt, *Gloſſ.
in l. Pactum quod dotali C. de pactis, & i-
bid. Bartol. Idem Bartolus in l. Vlt. C. eod.
in L. Si quis pro eo. D. de fideiuſſ. & in l. ſti-
pulatio hoc modo concepta, D. de verb. oblig.
& in conſ. 8. n. 2. & conſ. 212. Angelus
& Salycetus, Caſtrenſis, & Iaſon in d. l.
Pactum quod dotali. Gulielmus de Benedi-
ctis in c. Rainuncius, in verbo: Duas ha-
bens filias. n. 19. de teſtam. Alexand. in
conſ. 28. lib. 3. Socinus ſenior conſ. 73. lib.
3. Socin. junior, cons. 44. n. 13. lib. 2.
Decius conſ. 31. n. 4. 63. in fine. 184. n.
7. 225. n. 3. 4. 236. n. 14. Capella
Tholoſana deciſion. 452. Curtius junior
conſ. 15. n. 2. 22. n. 5. Tiraquellus de jure
primogen. quaeſt. 6. n. 18. Alciatus in d. l.
ſtipulatio hoc modo concepta, Zaſius cons.
1. n. 18. lib. 2.*

*Boerius deciſ. 104. n. 8. Pariſ. conſ.
24. n. 55. lib. 2. Cacheranus deciſ. Pede-
mont. 100. Couarruu. in. 2. parte relect.
in initio, n. 2. ad c. Quamvis de pactis in
6. Andreas Gail. lib. 2. obſ. 126. Hier. Ga-
briel conſ. 137. n. 25. 26. Viuius commun.
opin. ver. Pactum. 1. Ioan. Petrus Surdus*

conſ.

conſ. 133. n. 9. Simon Pratus conſ. 123. n. 15. celſ. Vgo conſ. 100. n. 9.

Secundo præmittimus paciſcentes huiusmodi de viventis hereditate contra bonos mores, indignos ſe reddere cujusmodi hereditate, atque adeô eos ſuccedere non poſſe, *L. Quidam* §. 1. *D. de donationib. vbi Papinianus ita dicit:* Donationem quidem partis bonorum proximæ cognatæ viventis nullam fuiſſe conſtabat, verum ei qui donavit, ac poſtea jure Prætorio ſucceſsit, quoniam adverſus bonos mores & ius gentium feſtinaſſet actiones hæreditarias, in totum denegandas reſpondi *l. 2. in fin. D. de his quibus ut indignis, in illis verbis.* Idem erit ſi quis vivi ignorantis bona vel partem bonorum alicuius cognati donaverit, Nam quaſi indigno aufertur. 2.

Et hæc eſt communis omnium ſententia & interpretatio, quod ſcilicet paciſcentes de viventis hereditate efficiantur indigni, ut proinde non poſsint ſuccedere. Ita enim notaverunt in *d. l. ult. C. de pact. Gloſ. ibi in verb. obſervari. Bartolus n. 1.* Paul. *Caſtrenſ. n. 5. 6. A-*

lexander dum ſimpliciter tranſit cum Gloſſ. & ſimiliter Iaſon n. 7. & Decius ſub n. 15. Cagnolus alios citans n. 43. Alciatus n. 16. Egidius Boſsius titul. de indignis n. 2. Peregrinus, de privilegiis fiſci, lib. 2. tit. 10 n. 4. Menochius conſ. 431. lib. V. Soçinus ſenior, qui & conſilium adfert ad evadendam hanc pœnam conſ. 84. n. 3. lib. 4. Iſtis ita ſe habentibus jam difficultas hæc eſt in caſu noſtro: An quod conſtitutum eſt in paciſcentibus de hereditate viventis, juxta jam dicta & deducta locũ habeat in feudis, ita ut paciſcentes de feudis alicuius Vaſalli viventis & ignorantis ijſdem legibus teneantur, & conſequenter pactiones nullius ſint momenti, & paciſcentes indigni efficiantur ſucceſſione hujuſmodi feudalium bonorum, ſi poſt mortem Vaſalli eadẽ bona ipſis deferantur paciſcentibus.

3. Dicimus itaque idem ſervandum eſſe in bonis feudalibus, quod in bonis allodialibus jure conſtitutum eſt *in d. l. ult. C. de pactis.* & aliis ſimilibus ſupra commemoratis, ita vero exiſtimamus juri & rationi conſentaneum eſſe ſequẽtibus argumentis.

Pri-

Primò, Quia ubi eſt eadem ratio, „
ibi idem jus eſſe debet *l. illud D. ad. L. Aquil. c. Tranſlatio de Conſtit. l. Non poſſunt D. de legib. L. A. Titio D. de verb. oblig. Euerhard. in locis legalib. Loco à ſimili. Hinc dicebat Bald. in Auth. Quas actiones C. de SS. Eccleſ.* Sicut genus prædicatur de qualibet ſua ſpecie, ita ratio legis generalis comprehendit omnes caſus ſub ea contentos *l. Regula §. ſi quis. & ibi Bartolus notat D. de iuris & facti ignorant. & dicebant Petrus & Cynus in l. Iurâ non in ſingulas. D. de legib.* Quando in pluribus caſibus eſt una & eadem ratio numero, illa decidit omnes caſus non per extenſionem, ſed ſicut genus, quod prædicatur de ſingulis ſuis ſpeciebus. Et denique dixit *gloſſ. c. 1. in verbo Itáliæ de temp. ordinat. lib. 6.* Quod „
ubi eſt omnino eadem ratio in uno ca- „
ſu, quæ eſt in altero, non dicitur exten- „
ſio, ſed diſpoſitio late. *Felyn. in c. Tua nos de iureiur. Curtius Senior conſ. 9. Socinus ſenior conſ. 30. lib. 1. Ripa ad. l. ſi conſtante n. 64. D. ſolut. matrim.*

Sed eadem ratio legis, ob quam ita diſpoſitum eſt in paciſcentibus de

hereditate viventis locum habet etiam in paciſcentibus de bonis feudalib. Vaſalli viventis; Ergo eadem etiam legis diſpoſitio locum ſibi vindicare debet.

Aſſumptio probatur. Nam ratio legis eſt Quia talia pacta ſunt contra bonos mores, plenaque triſtiſſimi & periculoſi eventus, inducunt votum mortis captandæ. Et oſtendunt paciſcentes ſollicitos eſſe de viventis hereditate & bonis, ut ſuperius deduximus ex *d. l. ult. C. de pactis & ex aliis legib.* Hæc ratio ſine dubio locum habet etiam in ijs qui paciſcuntur de bonis feudalibus Vaſalli viventis & ignorantis, neque conſentientis. Apparet enim paciſcentes eſſe ſollicitos de bonis ipſius adhuc viventis, & expectare mortem ejus, eamq; expetere contra bonos mores, ut bona conſequantur, quæ res odioſa eſt & plena triſtiſſimi & periculoſiſſimi eventus, ac proinde legibus reprobata eſt ſub pœnis jam dictis.

4. Secundum argumentum eſt, Quia etiam in cauſis feudalibus Legum Romanarum non eſt vilis auctoritas, licet non uſque adeo viam ſuam extendant

ut

ut uſum vincant aut mores. Et ideo ſtrenuus Iuriſperitus ſicubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudi non ſit comprehenſus, absque calumnia uti poterit Lege ſcripta *text. in c. 1. de feu. cog. & ibi notant Bald. Iſernia, Alvarotus, Afflictus, & cæteri feudiſtæ, & noviſſime ibidem Cuiacius multis exemplis rem iſtam declarans.*

Sed nulla eſt feudalis conſuetudo in uſibus feudorum, atq; adeò in libris feudorum, quæ contrarium diſponat circa paciſcentes de feudo viuentis abſque ejus conſenſu & ſcientia: Ergo etiam in feudis ſervandæ erunt leges ſcriptæ, quibus conſtitutum eſt, paciſcentes indignos eſſe ſucceſſione, ejusmodi pacta nullius eſſe momenti.

Tertium argumentum, Quia hæc vi- 5.
detur communis Doctorum interpretatio & ſententia, quod *l. ult. C. de pact* & ſimiles locum habeant etiam in feudis, quod ut planum fiat, obſervandum eſt in libris feudorum quæſtionem hanc propoſitam eſſe, utrum domino liceat feudum Vaſalli viventis alteri poſt mortem ſuam concedere, & licet

Placentini contenderent non licere, niſi eo conſentiente, qui feudum tenet, Medionalenſes tamen & Cremonenſes nihil diſtare dixerunt, vtrum eo ſciente vel ignorante conceſſum ſit, dummodo nullum Vaſallus vivens ſentiat detrimentum, *ut in c. 1.* Si quis deceſſerit de feudo dato in vicem Legis commiſſoriæ. Idem clarius habetur *in c. 1. §. moribus tit. Si de feud. defuncti content. ſit inter dominum & agnat. Vaſalli.* ubi expreſſè dicitur conſenſum Vaſalli viventis exquiri non oportere. Doctores itaque dum hæc loca explicant, diſputant diligenter, quæ ſit iure verior ſententia Placentinorum an Mediolanenſium, & in varias quidem ſententias diſtrahuntur; Sed hoc omnes præſupponunt, pactiones iſtas eſſe contra bonos mores, *iuxta l. ult. C. de pactis*, & ideo vel non eſſe recipiendas, vel recipiendas eſſe & valere, quoties incertæ perſonæ feudum eſt conceſſum, non autē alicuius certi hominis viventis: Vel ſi valent et recipiendæ ſint, id locum habere in eo caſu, quo textus feudales loquuntur, nimirum, quando conceſſio fa

cta

cta eſt â Principe & domino feudi diſponente de jure ſuo in eum caſum, quo ad illum fuerit devolutum. Secus autem dicendum in alijs perſonis ſemper adferentes in hoc propoſito *l. ult. C. de pactis, & ſimiles leges.* ex quibus apparet eos exiſtimaſſe *d. l. ult.* locum habere etiam in pactis bonorum feudalium, exceptis illis caſibus, qui expreſsè aliter deciſi ſunt in uſibus feudorum. Nam ſi *d. l. ult. Cod. de pactis* & aliæ ſimiles non haberent locum in pactis, quæ fiant ſuper feudis, nulla erat opus diſputatione, nulli locus fuerat dubitationi.

6. Exordiamur ab Iſernia, Is *in c. 1.* de feudo dato in vicem legis commiſſariæ, ita dicit: Sed ſi eſſet pactum alias non prædicto modo de futura ſucceſſione, non valet, niſi & tunc conſentiat is, de cuius hereditate agitur, & perſeueret, donec vivit, in ea voluntate *l. fi. C. de pactis*, *Et idem Iſernia in d. c. 1.* § *Moribus*: In hac inveſtitura facta per Laicum non refert conſentiat tenens vel non, eo quod juri ſuo non præjudicat, eo quod dominus non dat jus tenentis; Sed ius futurum ſuum, quando ſibi aperietur

rietur; ſecus quando ſit pactum de futura ſucceſſione, quoniam oportet illum conſentire, de cuius ſucceſsione agitur *C. de pactis l. fin.* & quod dicit moribus, videtur dicendum ſcilicet pravis, & ſic non debet ſervari talis mos, per quem captatur mors, & triſtiſsimos ſolet parere eventus, idcirco ipſe idem qui fecit, poſſet revocare, nec habet locũ niſi in Principe, ſicut conceſſio Vacaturarum ſoli Papæ &c.

Et *Bald. in d. c. 1.* de feudo dato in vicem legis commiſſoriæ diſputans, quæ ſit verior ſententia Placentinorum an Mediolanenſium, poſt argumenta hinc inde allata concludit, veriorem eſſe opinionem Mediolanenſium, ea ratione, quod non ſit pactum de futura ſucceſſione viventis, quod jure reprobatum eſſe dicit, ita ut paciſcens indignus reputetur ſucceſſione, *ut juxta not. in l. fi. C. de pactis.* Sed eſt quoddam pactum, inquit, collatum in defectum juris tertij, quod habet in ſe juris ordinem & eſt de jure validum, *& idem repetit. in c. 1. §. Moribus.* Si de feud. defuncti fuerit controverſia inter dominũ & agnat.

utro

utrobique præſupponens *l. fi. C. de pactis, & alias leges ſimiles locum habere etiam in feudis:* Sed ideo hoc in caſu locum non habere quo dominus feudum conceſſit: Quia pactum non ſit de hereditate viventis, ſed de jure domini, quod mortuo Vaſallo ad eum revertitur.

Iacobinus â S. Georgio in inveſtitura feudali in verbo: inveſtivit talem, *poſt n. 12.* idem præſupponit, ita concludens: Poteſtis aliter dicere, concordando opiniones prædictas, ut ſcilicet opinio Mediolanenſium & Cremonenſium procedat, quando non conceditur feudum certæ perſonæ. Sed conceſſio ſit certæ perſonæ, puta quia dominus dixit hoc modo: Inveſtio te de primo feudo, quod mihi domino aperietur, *argumento l. 3. §. de illo D. pro Socio.* Hoc enim caſu ceſſat ratio *l. fi. C. de pactis.* Opinio vero Placentinorum procedat, quando dominus inveſtit aliquem de feudo certæ perſonæ; Nam tunc militat ratio illa ſcilicet timor inſidiarum, & hoc eſt de mente P. Martini Laudens. *d. c. 2.*

Idem præſupponunt omnes alij feudiſtæ

in caſum mortis, verum etiam in caſum caducitatis quomodocunque. Si ergo eo caſu ex iure conſuetudinario admittitur talis contractus, per quem admittitur votum captandæ mortis contra bonos mores, talis conſuetudo tanquam odioſa non eſt extendenda, ut in terminis dicunt Doctores *in c. 1. Qui ſucceſ. in feud. teneant*. & quando ſit pactum non in caſu caducitatis, ſed quando poſt mortem ad paciſcentes eſt perventurum, nulla, inquit, reperitur conſuetudo. Igitur ſtat firma regula iuris communis. Etenim dictæ conſuetudines non debent extendi ultra caſum in ijs expreſſum. Et tandem ſubdit: Vnde cum iſte caſus, de quo agitur, deciſus per rationem *L. fi.* & non reperiatur conſuetudo feudorum in contrarium: Sequitur quod ſtat firma diſpoſitio juris communis. Hactenus Socinus. Sed præter Socinum idem late reſpondit in terminis noſtris Hyeronimus Schurph. inter conſilia Modeſtini Piſtor. *conſ. 8. lib. 1.*

Quartum argumentum eſt, quia ſi *l. ult. C. de pactis.* & aliæ ſimiles locum non

Digitized by Google

nonhaberent in feudalibus rebus, iſtud
eſſet eam ob cauſam, quod conſuetudo
& uſus feudorum contrarium diſpone-
ret; ſed præterquam quod talis vſus nul
libi extat in libris feudorum, quos ha-
bemus, ut jam ſuperius diximus, acce-
dit alia ratio, quod nec ſi talis uſus ex-
taret, valere poſſet, quia pacta huiusmo-
di repugnant iuri divino, propter vo-
„ tum captandæ mortis. Item jurigen-
„ tium, *ut probat text. in l. quædam §. 1.*
„ *D. de donat. ibi. Adverſus bonos mores &*
„ *ius gentium*, & juri naturali, quo ju-
„ bemur non deſiderare mortem alterius.
Et ſi enim gravis ſit diſputatio, An con-
ſuetudo contra jus ſcriptum valeat, ali-
8 quibus valere affirmantibus, *argumento*
l. de quib. D. de legib. Aliquibus id negan-
tibus l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. inter
omnes tamen conſtat, ut valeat talis
conſuetudo neceſſe eſſe, ut ſit rationa-
bilis & legitime præſcripta; ita enim do
cet Gregorius Nonus *in c. ult. de conſue*
tud. Et ratio eſt manifeſta; quia conſue
tudo eſt quædã lex tacita ſive nõ ſcripta
in Inſtit. de iure natur. gent. & ciuili. §. ex
non ſcripto. Lex autem debet eſſe juſta,
hone-

honeſta, poſſibilis &c. *c. erit autem lex 4. diſt.* Et ideo ſi juri naturali ſit contraria, dicitur potius corruptela *d. c. ult. de conſuetud.* Et licet quæ dicatur eſſe conſuetudo rationabilis vel irrationabilis, non ſit aliqua lege definitum, & ideo Iudicis arbitrio commiſſum intelligatur, *ut declarat Menochius de arbitr. jud. caſu. 82.* tamen inter omnes conſtat irrationabilem eſſe conſuetudinem quæ contra legem eſt, *ut probat textus in c. 2. de eo qui mittitur in poſſeſſi. cauſ. rei ſervand. Decius in c. 2. n. 8. de probat.* & ideo tunc ad judicis arbitrium non recurri, *inquit Menochius. ubi ſupra n. 4.* Rurſus inter omnes conſtat irrationabilem eſſe conſuetudinem, quæ peccatum nutrit, vel præſtat occaſionem peccandi ſeu delinquendi. *Decius in d. c. 2. n. 9. de probat. Pariſ. cons. 27. n. 46. lib. 1. Menochius ubi ſupra ad finem.* Conſuetudo autem, quod talia pacta de bonis viuentis valeant, contra legem pugnat, contra rationem, & occaſionem peccandi adfert, ut patet. Ergo irrationabilis eſt, & per conſequens non valet.

Huc accedat, quod tradit Bartolus

in l. omnes populi.n. 26. D.de juſtit.& iure, id quod non poteſt fieri pacto, Quia contra bonos mores ſit, nec ſtatuto fieri poſſe, conſequenter nec conſuetudine. Quamobrem communis eſt ſententia conſuetudine vel ſtatuto fieri nõ poſſe, ut pacto hereditas dari poſſit; quin id eſt contra bonos mores, cum auferat liberam teſtandi facultatem. Ergo & in propoſito noſtro conſuetudo non valebit, quod pactum fieri poſſit, quo de agitur; quoniam ſit contra bonos mores. Quod diximus conſuetudinem non valere, quod pacto hereditas dari poſſit, Quia contra bonos mores ſit, reſponderunt Alexander *in l. ſtipulatio hoc modo concepta col. 2. de verb. oblig. Decius conſ. 225. n. 4. Iaſon in l. Pactum quod dotali. n. 5. C. de pactis. Bald. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Capella Tholoſana deciſ. 452. in fi. Oſaſcus deciſ. Pedemontana 100. n. 32. Menoch. plurimos citans conſ. 456. 20. & ſeq. lib. 5.* Et hæc de primo capite.

Sequitur ſecundum: L. & I. ſi viverent indignis exiſtentibus, qui ad ſucceſſionem bonorum feudalium admittnatur

tantur, vtrum eorum liberi, qui omnes in æquali gradu ſunt, agnatiquè ſunt L. ſenioris defuncti, & ſimul inveſtiti fuerunt, admittendi ſint ad ſucceſſionem dictorum feudorum, unà cum alijs Agnatis qui ſunt in eodem octavo gradu conſtituti. Hæc quæſtio pendet ab ea quæſtione; Si Vaſallus aliquod delictũ committat, propter quod dignus ſit amiſſione feudi, ad quos feudum pertineat, an ad dominum, an vero ad filios vel ad agnatos Vaſalli: in qua quidem quæſtione illa eſt diſtinctio communiter recepta; quod ſi delictum ſit contra
dominum, tunc feudum ad illum revertatur, in ultionem injuriæ ſibi factæ: Si 10
verò non ſit contra dominum: tunc feudum ad agnatos pertineat; Non autem ad filios *tit. in c. 1. §. Si Vaſallus tit. Si de feudo defuncti fuerit controverſia inter domin. & agnat. c. 1.* Si Vaſallus feudo privetur, cui deferatur, & ſecundum hanc doctrinam feudalia bona, de quibus nunc agitur, non pertinerent nec ad dominum, quia delictum non eſt commiſſum contra dominum; nec ad filios L. & I. paciſcentium: Sed tamẽ ad eoſ- «

„ dem filios pertinere exiſtimamus: Quia
„ in hac eadem quæſtione alia eſt diſtin-
„ ctio vera & communiter recepta: Aut
„ filij ex perſona patris feudum petunt,
„ aut ex perſona propria, tanquam ſcili-
cet jure proprio inveſtiti; Priore caſu filij excluduntur ob delictum patris, poſteriori non item. Ratio eſt: Quia culpa, & delictum patris non debet nocere filio in his, quæ ipſe filius habet jure proprio, & non ex perſona patris, *argumento l. 3. D. de interd. & releg. l. 1. §. ult. l. 3. §. Si emancipatus D. de bon. poſſ. cont. tabul. l. ſi necem. §. deportatus. D. de bon. libert. L. cognovimus cum Authent. ſeq. C. de heretic. ita omnium primus docuit poſt Cynum, quem refert Bartholus in d. l. cum qui 3. n. 1. D. de interdict. & relegat. Alexander alios citans & communem dicens ſententiam in l. ſi finita §. ſi de vectigalibus n. 29. D. de damno infecto. Zaſius qui & alios multos citat de feudis parte 10. n. 96. Clarus. §. feudum, quæſt. 66. verſ. Sed quæro hoc caſu. Caſtrenſ. in Adoptivum §. ult. n. 4. D. de in ius vocand. & in conſ. 311. lib. 1. Imola in c. ex parte n. 18. de feudis. Curtius Senior conſ.*

48. col. antepen. Ruinus conſ. 23. lib. 5. & 149. n. 14. lib. 1. Thomas de Marinis de feudis tit. 2. n. 68. & 86. Roland. â Valle con. 38. n. 2. & 29. n. 33. lib. 3. Gozadin. conſ. 48. n. 14. Cephalus conſ. 241. n. 77. lib. 2. Alexander de Nevo conſ. 91. n. 6. Burſatus conſ. 225. n. 185.

Nos verſamur in hac ipſa ſpecie, quia filij iſti L. & I. paciſcentium non veniunt ex perſona parentum ſuorum, ſed ex perſona propria, quoniam â Domino feudi ſimultaneam inveſtituram acceperunt in hujusmodi feudis, ut in facto præſupponitur ex literis feudarijs conſtare. Quare propter patris culpam ipſi non ſunt ulla ratione excludendi â feudis, de quibus agitur. Quia delictum â parentibus eorum commiſſum non fuit contra perſonam domini, nec ipſi nituntur jure patris; ſed propria inveſtitura ijs ſimul conceſſa, ut dictum eſt.

Supereſt ut tertium & poſtremum caput exequamur; confutemusque argumenta, quæ ſuperius â nobis firmatis concluſionibus obſtare videntur.

Primum argumentum eſt, quoniam non ita conſtitutum videtur *in l. ult.* 13

C. *de pactis*, ut paciſcentes de viventis hereditate absque illius conſenſu, efficiantur indigni eius hereditate & ſucceſſione: Sed hoc conſtitutum fuit in eos, qui donant hereditatem viventis. *De donatione enim loquitur l. Quidam §. 1. D. de donat. & in l. 2. D. de his, quibus ut indignis.*

De paciſcentibus autem ſuper hereditate viventis, quod priventur eius hereditate, nihil expreſsè conſtitutum eſt: Ergo quia verſamur in odioſis & pœnalibus, non videtur extenſio eſſe permittenda de donationibus ſcilicet viventis hereditatem ad eos, qui paciſcuntur *c. odia de regul. jur. lib. 6. L. interpretatione D. de legib. cum aliis ſimilibus.*

Reſpondemus idem juris eſſe in pa-
13 ciſcentibus, quod in donationib9 conſtitutum eſt: Quia *in l. ult. C. de* nihil novi Iuſtinianus ſtatuit, ſed jus antiquum confirmauit, quo hujuſmodi pactiones diu prohibitæ fuerunt pœna illa conſtituta amiſsionis hereditatis: Nullæ autem erant aliæ pactiones antea prohibitæ, quàm donationes factæ de viven-

viventis hereditate: Ergo ex hoc colligitur Leges veteres tam de donationibus & donantibus hereditatem viventis, quam de paciſcentibus accipiendas eſſe. *Verba Iuſtiniani in d. l. ult. ſic habent:* Secundum veteres itaque regulas ſancimus omnimodo hujusmodi pacta; quæ contra bonos mores inita ſunt repelli, & nihil ex his pactionibus obſervari, niſi ipſe forte, de cuius hereditate pactum eſt voluntatem ſuam ijs accommodaverit, & in ea uſque ad extremum vitæ ſpiritum perſeveraverit: tunc enim ſublata acerbiſsima ſpe licebit ijs illo ſciente & iubente huiuſmodi pactiones ſervare, quod ſervare, quod etiam antiquioribus legibus & conſtitutionibus non eſt incognitum, licet à nobis clarius eſt introductum. Iubemus etenim neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus eſſe admittendas, nec alium ſquemquam contractum, cum in alienis rebus contra Domini voluntatem aliquid fieri, vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur.

His verbis patet Iuſtinianum æqui-

ex l. 1. C. de ſecund. nupt. vbi confiſcationem prohibet Imp. ratione adjecta: Ne in his, inquit, in quibus correctionem morum inducimus, fiſci videamur habere rationem; Ergo idem videtur dicendum in caſu noſtro, licet pactiones iſtæ de viventis hereditate prohibeantur. Quia bonis moribus repugnant, tamen pœnam illam ceſſare debere, quæ commemoratur, ut paciſcentes ſcilicet indigni ſucceſsione efficiantur & illa devolvantur ad fiſcum.

Reſpondemus caſum *d. l. 1. C. de ſecund. nupt.* ſpecialem eſſe, & longè ab hoc noſtro diverſum; ſicuti declarat *Bart. ad l. D. de his quib. ut indig. & ſcribit præclare Decius in d. l. ult. C. de pactis etiam in caſu d. l. 1. C. de ſecund. nupt.* futurum eſſe locum confiſcationi, niſi imperator ulterius proceſſiſſet prohibendo ſcilicet confiſcationem.

Tertium argumentum eſt, quia ex actu nullo, nulla pœna ſequi debet, *Bald. in l. 2. C. de Epiſc. audient. argumento l. 1. §. ult. D. quod quisq. iur. Bartolus in l. filium §. Si quis bonorum D. de legat. præſtand. Bald. & Salyc. in l. Ea quidem in 2-* 15

paciſcuntur de viventis hereditate ju-
xta *l. fi. C. de pactis*, & eos, qui de bonis
feudalibus paciſcuntur. Nam *d. l. ult.* ,,
loquitur expreſsè in illo caſu, quando ,,
paciſcentes ſuper hereditate viventis ,,
certo modo dividenda ſpem habent e- ,,
am ad ſe devolutum iri, quia erant pro- ,,
ximi agnati vel cognati eius, de cuius ,,
hereditate agitur, ut patet ex verbis il-
lis *d. l. ult.* Si duabus vel pluribus perſo-
nis ſpes alienæ hereditatis fuerit ex co
gnatione forte ad eos devolvendæ: ſed
tamen non omnino certum erat ad pa-
ciſcentes hereditatem viventis perven-
turam, ut patet ex illis verbis. Sed quia 6,
ſunt ita confecta, quaſi omnimodo he-
reditate ad eos perventura, ſed ſub du-
abus conditionib. ſi ille mortuus fuerit;
Et ſi ad hereditatem vocentur ij, qui
hujuſmodi pactionem fecerunt.

Sed in caſu noſtro bona feudalia non
ſperabant paciſcentes proprie ad ſe per
ventura ratione cognationis; ſed pro-
pter ſimultaneam inveſtituram obten-
tam à domino feudorum: Et ideo cer-
tum erat bona ad eos perventura poſt
mortem L. ſenioris ſine maſculis de-
functi

tem ad paciſcentes perventuram eſſe. Sic enim inquit textus: Faciebat autem ijs quæſtionem. Quia adhuc ſuperſtite eo, de cuius hereditate ſperabatur hujuſmodi pactio proceſſit, & quia non ſunt ita confecta, quaſi omnimodo hereditate ad eos perventura; ſed ſub duabus conditionibus compoſita ſunt; ſi ille mortuus fuerit, & ſi ad hereditatẽ vocentur ij, qui hujusmodi pactionem fecerunt.

Hæc erat dubitandi ratio: Videbatur enim dicendum tales pactiones valere: Quia erant incertæ, & referebant ſe ad futurum eventum, & fortaſſe irrita futura erant hereditate forſan non ad paciſcentes; ſed ad alios devoluta: Sed iſtis non obſtantibus contrarium Imperator reſpondit dicens: Sed nobis omnes hujusmodi pactiones odioſæ eſſe videntur, & plenæ triſtiſsimi, & periculoſi eventus, quaſi dicat, omnes eiuſmodi pactiones ſe improbare nulla ratione & diſtinctione adhibita, utrum hereditas certo ad paciſcentes perventura ſit, ſive non, & ſub ea conditione pacta inita eſſent nec ne, & quando certo

poſita tranſactio rata eſt, cum fratrum concordia remoto captandæ mortis alterius voto improbabili retinetur, &c.

Sextum argumentum ſumi poteſt ex eo, *quod Covarruvias tradit ad rubr. de Teſtament. in 2. parte n. 15.* Pacta iſta non ideo reprobari, quod contineant vel inducant peccatum ex voto captandæ mortis; Quia etiam in ſubſtitutionibus & primogenijs, hæc ratio allegari poſſet, quæ tamen valent, & certum eſt ea non inducere peccatum. Quibus addi poteſt quod dicebat Zaſius *reſponſo 1. n. 38. lib. 2.* hæc de quo voto mortis captandæ dicuntur Italis eſſe relinquenda apud Germanicam integritatem parum cognita. 16

Reſpondemus latum eſſe diſcrimen inter ſubſtitutiones & primogenia, & pacta, de quibus loquimur: Nam ſubſtitut9 & primogenitus nihil diſponunt ipſi, vel paciſcuntur de viventis hereditate; Sed teſtator eſt, qui diſpoſuit ſubſtituendo & primogenitum vocando, nullo ipſius ſubſtituti vel primogeniti facto interveniente ſicuti poſt alios declarat optimè *Cagnolus in d. l. fi. n. 31.*

C.

Surdus conſ. 20. n. 22. Marchabrung conſ. 6. n. 46.

Reſpondemus nil referre utrum ſit pactum de univerſa hereditate viventis, vel de certis bonis, veluti de bonis feudalibus viventis: Quia in ijs idem receptum eſt, ut ſupra deduximus, & eadem eſt ratio & confirmatur hæc ſententia *ex d. l. ult. C. de pactis in verbis circa finem dum ait Imperator*: Iubemus enim neque donationes talium rerum, neque hypothecas penitus eſſe admittendas, nec alium quemquam contractũ: Cum in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum noſtrorum non patiatur. *Quibus accedat text. in d. l. quidam. §. 1. D. de donat. ibi: partiu bonorum.*

Notanda ſunt illa verba: Aliquid fieri vel paciſci. Videntur enim deſignare omne pactum, & omnem contractum ſive de tota, ſive de parte hereditatis, ſive de quibusdam rebus fiat, *ut declarat optime Cagnolus in commentariis d. l. ult. n. 91. C. de pact.*

Alia ratio eſt & longe diverſa in pacto, quo datur hereditas: Illud enim

lib. 2. Tiraquell. de jure primog. quæſt. 7. n. 6.

Reſpondemus quidquid ſit conſtituendum circa pactum illud reciprocũ de ſuccedendo inter milites, vel ſimiles perſonas, *de quo pacto loquitur d. l. licet. C. de pactis* in quæſtione noſtra ſecus eſt dicendum, in qua non agimus de pacto ſuccedendi; ſed de pacto de bonis viventis facto, quod inducit votum captandæ mortis, ac proinde nec inter milites valeat, *ut declarat Iaſon. in d. l. ult. C. de pactis. n. 5. in V. limitatione ubi rationem adfert*, Quia pactum eſt contra bonos mores, ideo prohibitio legis etiam milites comprehendit *L. Miles ita heredem §. Mulier D. de teſtam. mil.* Et quia agitur de præjudicio tertij viventis, quo caſu miles non eſt privilegiatus *l. cum filius D. de teſt. mil.* Privilegia enim debent intelligi ſine præjudicio tertij *L. Nec avus C. de emancip. lib. Iaſonem ſecuti ſunt ibidem Cagnolus & alij.* Imo nec privilegium *L. licet C. de pactis.* locum habet in alijs, quam in militibus ſecundum veriorem & communiorem ſententiam, *de qua fidem allatis auctoribus facit*

um ſervandum ſit, ubi caſus emerſerit, qui conſuetudine feudali comprehenſus non ſit, *ut in c. 1. de feud. cognit.* Et jam ſupra latè deduximus ex mente Doctorum, *l. ult. C. de pact. & ſimiles* locum habere etiam in feudis.

Decimum argumentum pertinet ad ſecundum caput, cui ſcilicet feuda applicentur hoc in caſu, & eſt hujuſmodi: Si in feudis locum habet *l. ult. C. de pact* & ſimiles, ſequitur dicendum feudum confiſcandum eſſe & tranſire ad fiſcum; non autem ad agnatos vel filios defuncti Vaſalli, Quod enim fiſcus auferat hereditatem paciſcenti tanquam indigno hoc in caſu certum eſt *ex l. 2. D. de his, quibus ut indignis. in fine*: Ergo ſimiliter feuda aufferre debet. de quib. pactum ſit. 22

Reſpondemus feudum non pertinere ad fiſcum hoc in caſu; Quia in uſibus feudorum cautum eſt, cum Vaſallus privatus eſt feudo ob aliquod delictum, cui ſit feudum applicandum, & ita conſtitutum, ut vel domino vel agnatis applicetur, & etiam filiis ſecundum diſtinctionem, quam ſupra deduximus, ideo

hoc in caſu jus commune locum habet, quantum ad feudi amiſſionem, ſed quantum ad applicationem feudi merito ſervandum erit, quod vſibus feudorum conſtitutum, ut feudum non Domino applicetur: Qvia delictum non eſt commiſſum contra dominum, ſed pertineat ad filios paciſcentium, quibus ſimultanea inveſtitura conceſſum eſt â domino, ac proinde jure proprio jus competere manifeſtum eſt non ex perſona patris.

23 Vndecimum argumentum & poſtremum pertinet ad idem ſecundum caput in quo ſupra eſt concluſum excluſis paciſcentibus admittendos eſſe eorum filios. Videtur enim dicendum filios eſſe excludendos. Primo *ex c. 1. ſi Vaſallus feudo privetur cui deferat ubi text. ita dicit:* Vaſalli feudum delinquentis licet ad agnatos quandoque pertineat; filius tamen ad id nullatenus aſpirabit, *& in c. 1. §. ſi Vaſallus culpam. Si de feudo fuerit controverſ. inter Dom. & Agnat.* Si Vaſallus, inquit, culpam committat, propter quam feudum amittere debeat neque filius, neque deſcendentes ad id feudum revocabuntur.

Quibus verbis nulla ſit diſtinctio qualiter feudum ad filios perineat, an ex perſona patris, vel ex perſona propria, ut poſt alios, *quos citat tradit Hartmannus Piſtorius quæſt. iuris lib. 2. ca. 16. n. 11. 12.*

Reſpondemus Piſtorij ſententiam locum habere poſſe, quando delictum in dominum commiſſũ eſt: Tunc enim nulla diſtinctione adhibita, filij excluduntur, *& ita loquitur Menochius, qui citatur à Piſtorio in conſ. 99. n. 144. lib. 1.* Sed ſi ius quæſitum ſit filijs, æque principaliter ac ipſi patri, nulla eſt ratio, cur propter patris delictum privari debeant *L. eum qui D. in interd. & releg. Id quod fatetur etiam ipſe Piſtorius paulo infra n. 27.*

Et quoniam Piſtorius *in d.* loco eo inter cetera nititur argumento quod Bartolus, qui pro contraria ſententia adfertur, id non dicat *in d. l. Eum qui D. de interd. & releg.* nos qui Bartolũ ſupra adduximus, & ſequaces eius, verba huc adferemus, ut inde appareat nec nos, & alios Doctores malè hac in re Bartoli auctoritate nixos fuiſſe: Dico ſic(*ver-*

ba ſunt Bartoli) quandoquè quis committit aliquod delictum, propter quod debet directo feudo privari, ut quia deliquit contra dominum, vel aliquid facit contra conventionem feudi, tunc delictum patris nocet filio &c. Et paulo infra: Si vero propter delictum illud non debeat quis principaliter feudum amittere; ſed conſequenter cadat ab illo, ut quia non deliquit contra Dominum, vel contra promiſſiones factas in feudo iſto caſu recurro ad diſtinctionem, quam ponit Cynus *in l. 2. in fine C. de liberis & eorum libert.* quæ probatur per hanc legem. Aut tale feudum debet tranſire ad filium ex perſona patris, tanquam ad patris ſucceſsorem, & hoc perdit: Aut tranſit ad eum ſuo jure, ut quia filius, non quia hæres, & tunc ſibi illud retinet. Probatur in jure libertorum & dicitur evidenter hac lege, Hactenus Bartolus.

Verba dictæ *l.* hæc ſunt: Quæ vero non â patre, ſed â genere à civitate, â rerum natura tribuerentur ea manere ijs (ſcilicet filijs incolumia ſcilicet non obſtante patris delicto ut in verbis ſuperi

peri

perioribus ejusdem legis habetur.

Non igitur bona eſt illa ratio, quæ ſumitur ex verbis generalib9 textuum, qui ſunt in uſibus feudorum, & quibus conſtitutum eſt filios excludi propter delictum patris; Quia reſtringi debent ex ratione & æquitate: Illa verò eſt æquitatis ratio, ut quod filij ex perſona patris conſequuntur, illud ob patris delictum amittant, quod vero ex perſona propria & jure proprio obtinent, retinere debeant, ne patris delictum noceat filio, & culpa unius alter prægravetur contra juris regulas. Et cum hæc interpretatio & diſtinctio omnium Doctorum ſententia recepta ſit, ut apparet ex auctoribus, quos ſuperius adduximus & juris regulis, æquitati & rationi magnopere ſit conſentanea non putavimus ab ea recedendum, Quamvis aliqua in contrarium adferri poſſent ex Piſtorio loco proxime citato.

Nos Decanus & Doctores Collegij Iuriſconſultorum, almæ Vniverſitatis; N. ut ſupra concluſum eſt, juris eſſe cenſemus, aliorum tamen rectius ſentientium judicio ſemper ſalvo. In cuius

rei fidem huic noſtræ conſultationi manu Notarij univerſitatis ſubſcribi ſigillumq́, Collegij noſtri apponi fecimus.

Et ego M.N. N. Sacra Apoſtolica & Imperiali authoritate Publicus, in Archivo curiæ Romanæ immatriculatus, & ſupra dictæ Academiæ juratus Notarius in horum fidem fidem manu prorpia ſubſcripſi & ex juſſu Dominorum Decani & Doctorum prædicti Collegij ejuſdem Sigillum appendi.

Ad

AVTHORIS AD VTRAMQVE REPETITIONEM additiones

F*Olio 43. n. 13. linea 19. poſt illa verba. (cum ſeqq.) hæc (&. eſt illuſtris facti ſpecies apud E. D. L. in apolog. Cathol. contra perturb. reg. Fran. p. 4. n. 6. fol. 296.) inſerantur.*

Lin. 23. ibid. (poſt num. 39. 40.) hæc (not. ad L. fin. n. 71 C. (eod.) addantur.

Fol. 53. n. 21. linea 14. (poſt verb. ext. iureiur.) hæc ſpec. tit. de arbitr. & arbitrat. §. fin. n. 48. Lanfranc. de arbitro, par. 5. q, 21. n. 44. Ioan. Bapt. de arbitr. lib. 6. c. 9.) inſerantur.

Ibidem lin. 19. (poſt illa verba Schurf. conſ. hæc, C. 53. n. 19. & ſeq.) dicens communem cent. 2. & conſ.) inſerantur.

Ibidem n. 21. hoc Scholion margini addatur

Covarruvias hic, *par. 1. §. 2. n. 2.* declarat hæc vera eſſe, ſi promiſſio facta ſit ſub fide Chriſtiana. Hæc enim eſt, prima illa juramenti ſpecies, *de qua Ebert. in tract. de iuramentis, ſub rub. de ſpeciebus iuramenti n. 8. meminit.*

Pronunciare autem de ejuſmodi formulis Cameram, infra notatur: Et quid in illuſtribus perſonis Germania noſtra ſervet, ex his notatis liquet.

Fol. 54. lin. 16. (poſt illa verb. n. 47. cum ſeqq.) hæc contextui addenda erunt.

Corroboratur hæc ſententia: Nam invocatio nominis diuini, in teſtimonium, pro ſubſtantia, forma, atq; eſſentia requiritur, *gl. in ſumma 22. q. 1 Panor. Felin. Alciat. ad rub. De iureiur. Bald in l. 1. q. 1. ff. eod. Bald. in c. 1. §. item Sacramenta de pace iuram. firm. v, Covar. hic p. 1. in pr. n. 1.* Sed ea qui formam actus reſpiciunt, pactis contrahentium tolli & mutari nequeunt. *B. in l. pen. ibi Dec. 27. (eod. tit. B. in L cum hi, in prin. De tranſact. B. in l. fin- C. vend. reb. civit. lib. 11. Felin. c. Si diligenti, n. 7. De foro comp.*

Pactis ergo contrahentium effici nequit: ut ille actus, in quo invocatio nominis divini non intervenit, juſjurandum ſit: aut jurisjurandi vim obtineat. Atq; ita, ultra Dom. Modeſtinum Piſtoris, Ludolphum quoq; Schraderum, in ſpe-

in ſpecie reſpondiſſe ſcio, *permotum textu c. pen. & dd. ibi de iureiur. Cattel. Cott in memorab. incip. iuramentum, Tiraq. de LLbs connub. gl. 5. n. 120. Socin. conſ. 99. lib. 3.*

Fol. 55. linea ultima, hæc ſequentia verba addantur, Neque enim una juramenti ſpecies eſt. Iuramentum namq; fit, 1. Si quis per conſcientiam ſuam, fidem, atq; religionem aliquid aſſerit, Wann einer etwas auff ſein Gewiſſen nimbt. 2. Si quis per ſui exſecrationem quid aſſerat, Gott ſolle ihn ſtraffen.

Cujusmodi juramentum Iudæorum eſt, quod inter Chriſtianos præſtare devinciuntur: Similem formã recitat *gloſ. art: 54. n. 3. verſ.* So ſol er dem Reich Hulde thun. *lib. 3.* 3. Si quis ſolennitatibus omnibus collectis, & adhibitis, atq; libro tacto juret.

Hanc partitionem Iudæos ſequi, *tradit Ebert. de iurament. ſub. rub. de ſpeciebus juramenti, ad fin.* Sed tu notabis aliam eſſe quæſtionem, num pacto fieri poſſit, ut actus, qui juramentum non eſt, vim juramenti obtineat: aut, quod idẽ

eſt,

eſt,num ſubſtantialia actuum pacto immutari poſſint: & an eiuſmodi pactum vitiet, vel vitietur: *in quo ſeſe dd. valde torquere dicit, Carol. Moli. in tract. de vſur. q. 50. n. 353. Vbi ille hunc punctum reſolvit:* Et rurſum aliam eſſe: Num implicitè atq; relativè jurari poſſit: quod nos aſſerimus: talemq; formulam noſtram eſſe, contendimus. Egregiê hæc comprobantur ex traditis *in conſ. 1. n. 60.* quod eſt impreſſum poſt reſponſum Zunti. pro vxore, vbi in terminis clarè deciditur: Iuramentum relativè rectê præſtari: & in his, quæ de forma ſunt, expreſſionem per relationem ad aliud, ſufficere. Imô, non tantum verbis, ſed & facto ipſo iuramenta præſtari conſtat: Si quis videlicet, officium aliquod jurabile, judicis puta, aut ſimile, ſine juramento, in ſe recipiat. Nam ſuſceptione talis officij iuratum intelligitur, *ita gloſſa art. 54. verb.* So ſölle er dem Reich Hulde thun/ *n. 3.* Landrecht. *lib. 3.* Quam elegantem deciſionem, omnibus notiſſimam eſſe convenit.

Fol. 57. lin. 26. ad illa verba, (manu fœmori Domini ſubjecta,) *ſcholion hoc marginale addatur,*

Eo

Eodem modo iuravit Ioſephus patri Iacobo *Gen. 47. verſ. 29. 30. 31.* Quēadmodum enim primi parentes, nudi fuerunt: neq; eos nuditatis ſuæ, in ſtatu innocentiæ puduit: *Gen. 2. verſ. 25.* uti non erubeſcimus, ſi quis faciem noſtrã, cæteraq́; membra patentia, aſpiciat: aut nos ipſi ea intueamur: quod poſt antiquiores Eccleſiæ patres, & Liranum, etiam Lutherus, Calvinus, Muſculus, Fagius, & alij annotarunt: Ita ad originalem illam integritatem Eccleſiam reſtitui oportet. Cuius reſtitutionis initium, cùm in hoc ſeculo fiat: neceſſariò hinc concluditur, in membris ſanctorum genitalibus, nullam turpitudinem ineſſe. *Quod contra Fauſtum. lib. 29. cap. 4. beatiſſimus Auguſtinus docuit.*

Eodem fol. 57. lin. penult. Ad illa verba: (ſive ea loci conſuetudo fuerit) *hoc ſcholion margini addendum:* Iacobus Ebertus, *de iurament. ſub tit. De iuramentis eorum, qui vixerunt in Eccleſia*: exiſtimat, hunc fuiſſe peculiarem ritum, inferiorum erga ſuperiores in familia Abrahæ ſicut econtra χειροτονία, ſeu levatio manus, geſtus eſſe dicitur Dei, Angelorum

lorum, & aliorum jurantium. Quâ tamen de re, poſt Hyppolitum, diſſerit in Danielem *cap. 12. v. 7. Ioan Ecolamp.*

Fol. 58. lin. 10. poſt Barnabæ Briſſonij authoritatem, in contextum inſeratur, Iacob. Ebert. in tr. præcitat. ſub rub. c. de juramentis eorum, qui vixerunt in Eccleſia & rub. ſeq.

Eodem fol. lin. 26, ad verba illa, (nullos juramenti ritus videmus) *hoc ſcholion marginale addito.* Exiſtimat quidem Iacob. Ebert. proximè relatus, hiſce & alijs in locis, *χειροτονίαν*, ſeu manus levationem fuiſſe adhibitam. Verùm hoc neceſſariò ex hiſce & alijs locis non colligitur: Cùm apud Iudæos, non unius generis iuramentum, ſed tria genera fuerint. Quod jam eſt annotatum.

Fol. 62. linea 9. ad illa verba, (aliud iuramentum) *hoc marginale ſcholion adſcribendum: In l. 3. C. ſi minor ſe maiorem dix.* eſt textus apertus, inter juramentum ſimplex, & corporale diſtinguens. Iudicat autem de formulis juramentorum Camera, *Roſenthal. de. feud. c. 12. concluſ. 2. n. 57.*

Fol. 36. lin. 8. poſt Igneum inſeratur

Caſtr.

Caſtrenſ. ad L. conſulta. C. de teſtam. & lin. 13. ad finem, addatur, *Author deciſ. Cam. Noviſſ. lib. 1. tom. 2. deciſ. 4. n. 42. fol. 131. Roſenthal, de feud. cap. 1. concl. 19.*

Fol. 65. lin. antepen. poſt verbum docet, particula (pactum,), quæ ibi deeſt, inſeratur.

Fol. 74. lin. 24. in fine, hæc addenda erunt. Eſtq; decidendi ratio ſpecialis; quod renunciatio intelligatur facta ſub conditione, ſi ſucceſſio deferatur. Ergo ſi non deferatur, deficit conditio: & renunciatio habetur pro non facta, *pulchrè Rob. Marant. diſput. 10. n. 8. & 13 alios adducens. Notatur & in L. fin. n. 122 C. eod.*

Fol. 75. lin. 17. poſt afflictum, ibi inſeratur, *Gram. deciſ. 57. n. 3. Rodoric. Soarc. l. quoniam in prioribus, limit. 7. C. in off. teſtam. Rob. Marant. diſput. 10.*

Fol. 83. allegat. ſub n. 54. Simoncellus *de decret. lib. 2. tit. 6. inſpect. 11. ubi tres caſus circa hanc regul. expendit,* inſeratur.

Fol. 84. lin. 2 ad l. cùm hi §. eam tranſactionem, hoc ſcholion marginale addit. Repugnare videtur textui huic, *l. magis § ſi æs alienum ff. reb. cor.* quæ apparens con-

Ff trarie-

trarietas, multorũ præſtantium ICtor. ingenia fatigavit. Varias ergo conciliationes tradidêre.

Prima, eſt Ioannis Fabri:

Secunda Felini:

Tertia Caſtrenſis.

Quarta Simoncelli, loco hic relato, qui ſcribit: Etſi multi textum *d. §. eam tranſactionem*, deguſtaverint: neminẽ tamen illi ſatisfeciſſe: ſed omnes repugnantiam hanc, indiſſolutam reliquiſſe. Ipſe novum intellectum adfert: quem & *Fachin. lib. 3. controv. cap. 1. ſequitur.*

Quintus intellectus, eſt præſtantiſsimi ICti. Franciſci Sarmienti. *in tract. de redit. Eccleſ. pa. 1. cap. 2. n. 12. & ſeqq.* quem veriſſimum eſſe judico: & eximio ICto Simoncello, qui omnia interpretum, ad hanc materiam reſpectantia loca, ſtudioſiſsimê perveſtigavit, ignotum fuiſſe miror.

Sarmientus ille, ut hoc obiter addam eſt inter ICtos præſtantiſsimos unus, qui judicat, ſtudium juris noſtri, ex fontibus ipſis, & divinis illis hominibus, Bartolo, Baldo, aliisq;, qui textus juris omnes, in numerato, uti digitos ſu-

os

os habuerint, cognoſcendum: recentioribus autem interpretibus, tanquam indicibus utendum.

Multis hodie alius ſenſus eſt, ideoq; libros prodire videmus, in quibus, ſummorum illorum ICtorum, Bartoli, Baldi, aliorumq;, qui collapſum juris ſtudium reſtituerunt, ne ſemel quidem mentio facta ſit.

Imo reperiuntur, qui ſummos ICtos, ignominioſa appellatione der Schulfüchſe/ex alto deſpicere ſolent: novam hanc juris cognoſcendi rationem tradentes, IURIUM CANDIDATIS, tantum generalia quædam, jurium principia addiſcenda, mox animum ad politicam applicandum eſſe. Etſi autem hæ, ſibi mutuo adverſantes ſententiæ, finium diverſorum reſpectu, ad quos juriū Candidati, diverſimode tendere ſolent: facile conciliari poſſunt: Si quis tamen inter Jureconſultos haberi, & ſublime hoc, atq; glorioſum nomen, tueri velit, illi jura, ex fundamentis, atq; ſummis illis jurium artificibus, de quibus antea meminimus, cognoſcenda eſſe, minimè dubitandum. Quantis namq; erro-

ribus, illi, qui recentiorum ſcriptis, atq; rivulis contenti, fontes deguſtare nolunt, implicentur. id multis illuſtribus exemplis, omnibus, qui ad talia animũ adverterint, conſtare, & demonſtrari etiam facillimè poteſt.

Eodem fol. 84. lin. 7. poſt Ioannem Baptiſtam, hæc (eandem communem eſſe teſtatur, & multis probat, atq; tribus modis limitat, *Ioan Gutter. de contract. jurat. cap. 3. per tot.*) inſerantur.

Fol. 87. lin. 14. poſt verbũ (juſſit) hæc (*quod & Carolus magnus fecit, addit. art. 72. verb. privilegium lib. 3.* Landrecht.) addantur.

Fol. 96. li. 20. ad marginẽ hoc ſcholion addendũ. Hiſtoriam juris intellige. Hiſtoriam autem juramentorum, poſt alios, ſupra *n. 24.* relatos, eleganter tractavit ſæpe jam relatus Iacob. Ebert. in libello ea de re peculiariter edito.

Fol. 99. n. 66. eſt ſcholion marginale, cui ad finem addendus Everh. *in loco à vi iuramenti, circa effectum 3. poſt illat. 11.*

Fol. 101. poſt nu. 68. eſt ſcholion marginale, cui hæc, (De ætatibus porro in jure conſule, *Petrum Antib. de muneribus. par. 3. n. 1. cum ſeqq.*

Fol.

Fol 135. poſt lineam 8. hæc,(facit huc illuſtris facti ſpecies, de qua, *per E.D.L, in apolog. Cathol, cont. perturb. regni Fran. par. 4. n. 6. fol. 297.*

Fol. 145. ibi ſub n. 118. allegatis, Ioannem Gutterium, *de contr. iurat. cap. 3. n. 9. 10.* adde.

AD L. FIN. C. DE PACTIS.

Fol. 218. lin. 9. poſt num, 251. hæc *(not. infra n. 99.)* adde.

Fol. 222. lin. fin. poſt illa verba,(Zampin f. 14.) hæc, *t. E. D. L. in apolog. Cathol. cont. perturb. reg. Fr. par. 1. fol. 19. cum ſeqq. n. 7. & p. 2. n. 8. f. 65. & n. 12. fol. 99.*

Fol. 223. lin 20. poſt Corſetum hæc, *t. (E.D.L. loco relato, p. 2. n. 18. f. 126. cum ſeq.* Contrarium autẽ tenet Schrad. *de feud. p. 7. ca. 2. n. 18. verſ. 5.)* inſerenda,

Fol. 251. n. 33. poſt amplat 24. hæc pauca, (*Declara ut infra n. 50.*) inſeras. *Fol. 252. linea 4. locis à Bologneto adductis,* etiam num. 154. *cum ſeqq. uſq. ad num. 159.* addendus.

Ibidem li. 16. poſt voculam,(circa) deeſt particula (hanc)

Fol. 272. ad §. *Ita enim*, hoc ſcholion marginale addendum. *Adde ſup. amp. 24. n. 33.* Pactum de quo hic quæritur, principaliter, non in conditionibus textus *n.* ſed in conditione caſuali Dominici conſenſus fundatur: ſine quo, aliæ conditiones *L.* noſtræ, in conſideratione non ſunt,

Fol. 281 lineæ primæ, hæc *(cum l. noſtra)* addas.

Fol. 287. lin. 11. poſt Alberici authoritatē hæc inſerenda ſunt. *Ioa. Capiſtra. de authoritate Papæ, p. 2. n. 2. primæ part. princip. Cardinal. Iacob. de concil. lib. 10. art. 5, n. 5. Gondiſſal. Villad. de orig. Card. q. 5: n. 19. 20.*

Fol. 289. li. 17. inſere Molinam *de Hiſp. primogen. lib. 3. c. 6. n. 37.*

Fol. 290. lin. 2. Tiraquell. & Molin. *infra n. 78. ad finem, relatos*, adde.

Ad nu. 71. hoc ſcholion marginale inſerendū. Sentiunt multi, quod ſpes primogenituræ, donari, cedi, transferri poſſit, per primogenitum: *quos refert Carol. Molin. ad conſuet. pariſ. tit. 1. §. 8. gl. 3. n. 26.* Idemq; de regum, ducum, comitum primogenitis affirmat, *E. D. L. in apolog.*

apolog. Cath. cont. perturb. reg. Fr. p. 4. n. 4. f. 291. Molina de hiſp. primogen. lib. 1. c. 6. n. 44. quæ juxta diſtinctionem, à Carolo Molinæo loco præcit: propoſitam accipienda. *Et not. ad cap. quamvis n. 13 eod. tit. in 6.*

Eodem fol. lin. antepen. hæc connectẽda. Perniciosum enim regibus eſt, ut aliquis ſe illis ſucceſſurum noverit. *Hegeſipp. de bello Iudaico lib. 1. cap. 44.*

Fol. 292. lin. 15. poſt (Toletani) (*q*) *& lin. 18. poſt* (quem) hæc, (E. D. L. in apologia Catholica, Pariſiis An. 1586. excuſa, *Molin. de Hiſp. primogen. lib. 1. c. 2. n. 11. &*) inſere: *Linea autem 19. ad fin.* pro vocula corrupta, legito, adduxere.

Fol. 293. lin. 24. Alciatum *ad l. in ſuis n. 17. 18. D. lib. & poſthum: qui pulhre reſolvit,* inſere.

Fol, 294. lin. 4, ante Schraderum, Molinam, *de Hiſp. primogen. lib. 3. cap. 6. n. 15. cum ſeqq, allegatis* adde.

Fol. 302. lin. 18. poſt verbum(oſtendunt) *hac* (Conſenſu namq; eius opus eſt, de cuius ſucceſſione quæritur. *Molina de Hiſp. primogen. lib. 3. cap. 2. n. 22. textum noſtrum atq; communem dd. ſen-*

tenti-

tentiam ad hoc adducens, & cap. illius libri 6. n. 11. & ante omnium Tiraquel. *de iure primogen. q. 29. n. 3.*

Fol. 308. li. 23. ad marginē, hoc ſcholion addendum: vbi ſcilicet de præjudicio tertij quæritur *Hie. Schurf inter conſ. Dom. Modeſt. Piſt. lib. 1. conſ. 8. n. 11.*

Fol. 321. lin. 5. hæc addenda: *quam declarabis, ex traditis per Guilh. à Monfor. de ſucceſſ. regum dub. 1. n. 40.*

Fol. 355. lin. 2. in pr. pro adquiſitivi, legendum diſpoſitivi.

Fol. 369. li. 22. poſt verbum continebatur, inſerenda partic. igitur, q; deeſt.

Fol. 362. lin. 1. in fine hæc addenda Et regulariter pacta ſucceſſoria, hanc conditionem habent: Si hereditas deferatur, *not. in c. quamvis. n. 44. eod. tit. n. 6.* Ergo ſi pactum diviſorium de hæreditate deferenda fiat, de ipſa hæreditatis delatione; quæ in conditione poſita eſt, nihil actū, ſed illa diſpoſitioni juris communis reſervata intelligitur. *Cagn. & Bolog. hic. Vaſq. de ſucceſ. reſolut. lib. 3. ad l. ſi quando, §. illud n. 110. C. de inoff. teſt. Mod. Piſtor. conſ. 8. n. 27. lib. 1.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google